







Oldenburg

CRYMOGAEA
SIVE
RERUM ISLANDICARUM
LIBRI III.

Per
ARNGRIMUM JONAM
ISLANDUM



Proverb. 22.
Dives & pauper obviaverunt sibi: utriusq; operator est Dominus.

HAMBURGI,
Typis PHILIPPI *ab* OHR.

Serenissimo & potentissimo Principi,

CHRISTIANO IIII.

DANIÆ, NORVEGIÆ, VVANDOLORUM GOTHORUMQUE REGI CHRIstianissimo, Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Dithmarciæ, Duci, Comiti in Oldenburg & Delmenhorst, &c. Ecclesiæ Dei vero nutritio: Musarum asylo & Mecænati præcipuo: Domino meo clementissimo:

SALUS, VITA, VICTORIA.



Vidnam sibi velit, lex illa Mosaica, sereniss. Rex, Domine clementiss: De herbarum frugumq; primitiis, DEO offerendis; notius est cuivis, qvam ut hic multis id repetendum ducam. Nam licet suum illa habeat nobiliorem & mysticum sensum; ubi à literâ, ad spiritum devenitur; tamen propinqva & minus remota significatio hujus legis omnium piorum consensu, suo pondere minime caret: Videlicet, illâ commonefieri mortales; ut DEUM opt. max. qvemadmodum Naturæ opificem; sic qvoq; continuæ & annuæ benedictionis autorem & datorem agnoscant & confiteantur lubentissimè. Qvippe qvi visitet terram & coronet annum &c. *ut significatissimis Regii prophetæ verbis utar. in qvam etiam sententiam, à nonnullis, Ethnicorum qvorundam talis mos, & in suos Deastros, par pietas allegatur: non sanè, qvod ab illis, Christianorum religioni aliqvid accedat:*

 cedat:

cedat: sed ut nos infinito discrimine præstantiorem Deum habentes, tantò rectius, quæ nostrarum sunt partium attendamus.

Illud verò qvod hîc de primitiis frugum & agri, DEO debitis, commemoro; animadverti interdum à doctis, ad alium qvendam agellum & frugum aliarum primitias, non absurdè transferri: Nempe Musarum & Apollinis qvoddam arvum; cujus cultu, eruditionis & sapientiæ studiosi, sese occupatos profitentur: Ex qvâ agriculturâ, fænus aliqvod, qvam primùm adepti fuerint, mox hujus, ut antiqvissimæ, ita justissimæ legis & sanciti Mosaici (imò, Divini) memores, suum qvendam Deum, i. e. benefactorem præcipuum reqvirunt, cui istius sui novalis primitias grati offerant & nuncupent.

Et licet in hac comparatione omnia satis sint analoga, sibiq; correspondentia, ita ut meâ explicatione nihil egeant: tamen illud unicum omittere non possum; qvod forsan inconditus Lector qvispiam miretur aut improbet: Nempe Mecænates nostros. Deos ritè vocari. Cui vel unicum illud & vetus verbum satisfaciet: Homo Homini DEUS. *qvo qvis neget, viros de nobis bene meritos notari. Qvod si iidem Mecænates nostri & benefactores, magistratum gerant, & qvidem summum (ut sæpe videmus eos, qvi summè eminent, ad Musarum alumnos maximè se demittere) qvisnam tum illud ignoret?* Ego dixi; Dii estis & filii excelsi omnes. *qvam phrasin Salvator noster apud Johann. approbans;*

bans; ulteriorem de hac re disputationem præcidit. Debentur itaq; Mecænatibus, nostri profectus & proventus literarii, (ut sic dicam) non solum Primitiæ; *sed etiam* Decimæ: *de quibus pariter, DEO opt. max. ex agri & frugum annuo proventu offerendis & exsolvendis, manifestè habetur in lege Mosaica.*

Qvare jam sereniss. Rex, Domine clementiss. (ut eò qvò volui, Majestatis vestræ fretus gratiâ, perveniam) cum Dei benigniss. nutu, & Maj.tis V.ræ munificentiâ, mihi contigerit, illud vitæ genus amplecti, qvod à literis vel literarum studio non abhorreat; sæpius, olim & nunc cogitavi, qvid primitiarum & qvid decimarum loco, Maj.ti V.ræ offerendum esset. Et qvidem de primitiis studiorum meorum, qvantumvis, meo fato (si cum aliis istis & nobilibus ingeniis conferantur) abjectorum, prior cura fuit.

Accidit itaq; ut ante annos aliqvot, Libellus pro Islandiâ, mihi publicandus esset: cum qvo, ubi ad Maj.tis V.ræ subsellia, patrocinii indigus, supplex devolverer; ita exceptus est libellus ille clementissimè, *ut illi non solùm patrocinium vel tutelam indulserit, sed insuper autorem, larga munificentia, Maj.tis V.ra beârit. Qvo tanto & tam regio, Maj.tis V.ræ beneficio fretus & lætus, primitiarum oblatione perfunctus videbar. Ast eâ demum ratione, sereniss. Rex, qvâ olim agricola ille sivè rusticus pauperculus, Regi suo, subditorum munera, amoris & observantiæ ergò certatim collata, captanti, accurrit: cumq; muneris nil aliud habe-*

 ret,

ret, ex vicino flumine, haustam undam porrexit. Qvam oblationem Rex ille (notissima est historia) non tantùm, non rejecit; sed etiam liberaliter remunerando, celebrem reddidit. Eadem sanè & nihilo minor fuit, Maj.tis V.ræ in libello prædicto sive studiorum meorū primitiis (qvas nunc sic appellare liceat) excipiendis, clementia & facilitas.

De illo itaq;, qvod Decimarum loco, Maj. V.ræ à me offerretur (ad eundem enim Decimæ, qvem Primitiæ, pertinent, lege qvà dictum est superius) porrò cura mihi esse cæpit. Sed agnovi, ut antea, nihil esse penitus in tenuitate ingenii tam inexculti, qvo cum secundò, in Maj. V.ræ conspectu comparerem. Verum enimverò, dum ea res me sic sollicitum teneret; & simul clarissimi viri permulti (qvorum nec authoritatem aspernari, nec consilium temere refugere debebam) qvibus prædictus libellus pro Islandià, editus, tum in Danià tum quoq; in Germanià, innotuerat, constanter omnes idem urgerent; nempe ut Rerum Islandicarum aliqvam perfectiorem descriptionem darem (sicut hæc in seqventi præfatione ad Lectorem, plenius exponuntur) hoc qvod nunc editur, (qvicqvid est Libelli) natum est. Nam dum Annales & Antiqvitates nostratium (licet plus satis intricatas) jussu Maj. V.ræ, Anno 1596. & seqventibus pervestigo: ac nonnulla de Rebus exteris, in iisdem passim respersa, colligo; etiam qvædam de Rebus Islandorum excerpo: Reliqva, quæ de exteris, ad Historicum Regni ordinarium ablegando. Concepta autem ista,

de

de Rebus Islandorum, CRYMOGÆAM indigetavi: qvam, qvà occasione & qvo fine, publici juris fore passus sim, in præfatione opusculi indicatur: Re tota prius cum Historico Regni & cum Rever. ac clarissimo Doct. Johanne Resenio, pro tempore, Academiæ Hafniensis Rectore, Anno 1603. communicata. Sed editio huc usq; dilata est.

Hoc itaq; Opusculum, ut patiatur ac permittat Maj. V.ra Rex sereniss. tanqvam decimas agelli mei literarii, qvantumvis segniter culti; ut tamen, inqvam, sibi dicari permittat, per illud illud ipsum Maj. V.ra Numen oro & obtestor: Vt scilicet qvemadmodum hactenus Islandiam, imperii Maj. V.ra licet finibus & ambitu conclusam, vastissimo tamen Oceano remotè distantem, nihilominus & favore & protectione Regia, Maj. V.ra dignata est; ita nunc hæc mea Crymogæa, Maj. V.ra numen & nomen suspiciens & debito cultu adorans, sub ejusdem Maj. V.ra sacro præsidio adversus grassantem seculi hujus proterviam (cui non tantùm scriptorum turba, sed eorundem etiam selectior caterva exposita est) in vulgi manus, plusqvam Ajacis scuto tecta, exeat. Indignum, fateor, indignum prorsus scriptum qvod Maj. V.ra conspectum subeat; tam propter autoris inertiam, qvam remotissimi typographi, non uniusmodi incuriam: sed ut est in proverbio: Molâ salsâ litent oportet, qvi non habent thura: *Cùm molam, vel ipsum Numam Pomp. in sacris haud fastidiendam decrevisse legamus.*

Non

Non tamen ab illo decreto, hæc mea Crymogæa, ſed à ſolâ Maj. V.^{ræ} clementia animos ſumit & favorem ac protectionem Regiam ſibi pollicetur.


Nunc qvod ſupereſt; Regem illum ſummum, cæli & terræ rectorem; per qvem alii Reges regnant: qviq; dominatur excelſus in Regno hominum, ut Daniel loqvitur; votis ardentibus poſco & peto; ut ſereniſſ. Regem ac Dominum noſtrum Chriſtianum IV. multùm diuq; conſervet florentem, pium, felicem, Auguſtum: utq; regna & ditiones ipſius Majeſtati ſubjectæ (ac in his pauperrima & ignota gens Islandica) ſyncerâ Religione, verâ pietate & felicitate, perpetuò vigeant & vireant: etiam poſtqvam illi ipſi Domino, & Rege noſtro longè optatiſſimo, inter ſupernos & cæleſtes illos heroas (David, Joſaphat, Ezechiam, Joſiam &c.) relato, vel ſidereum fulgorem vincere dabitur, Amen: faxit Deus propter nominis ſui gloriam, Amen. Datum ex Islandia boreali: Anno Salvatoris 1609. 20. Auguſt.

Sereniſſ. Maj. V.^{ræ}

Omni ſubjectione & veneratione devotè colens

Arngrimus Jonas.

SYNOPSIS CHRYMOGÆÆ METHODICA.



Gens vel Resp: Islandorum, hoc libro; primum describitur; inde dividitur.

- *Describitur:*
  - *1: A subiecto loco: ubi de Islandia situ*
    - *Cosmographico.*
    - *Geographico* — *Lib: 1: Cap: 1:*
  - *2: A causa efficiente: primis gentis conditioribus; Cap; 2:*
  - *3: Ab Adiunctis*
    - *1. Lingua: C.3. qua res duas quæstiones gignit.*
      - *1. Primam: de Orbis Arctoi primis incolis.*
        - *Qui & unde fuerint.*
        - *Quando advenerint.* — *Cap. 4.*
      - *2. An ad hoc lingua nostra origo referenda sit: ibid:*
    - *2. Moribus: Cap. 5. ubi hæc, tria ordine.*
      - *1. Habitandi ratio.*
      - *2. Victus & vestitus.*
      - *3. Exercitia publica; eaq;*
        - *1. Seria.*
          - *1. Palestra: & alia Gymnica.*
          - *2. ἱππομαχία.*
        - *2. Ludicra*
          - *Adultorum, uti sunt*
            - *1. Staticuli.*
            - *2. Orbis saltatorius.*
          - *Puerorum:*
            - *1. Oscillatio.*
            - *Cindalismus.*
            - *3. Ascoliasmus, &c.*
- *Dividitur; Cap: 6: in.*
  - *Aristocratiam; qua explicatur.*
    - *A causis essentialibus, his capit: contentis: qua sunt:*
      - *I. Civitatis Islandiæ partitio in Quartas:*
        - *1. Orientalem*
        - *2. Occidentalem*
        - *3 Meredienalem*
        - *4. Borealem.*
      - *II. Munerum publicorum distinctio. Cap 7. in Magistratum:*
        - *Inferiorem; qui est Reppagogorum,*
        - *Superiorem: qui rursus distinguitur in*
          - *Præfectos eosdem*
            - *Sacrorum*
            - *Fori provincialis.*
          - *Nomophylaces.*
      - *III. Legalium constitutionum delibatio.*
        - *Scriptarum. Cap. 8.*
        - *Non scriptarum. Cap. 9.*
      - *IIII. Relligionis mutatio: Cap. 10.*
    - *Ab effectis: toto libr: II: ubi de celebrium Islandorum vita.*
  - *Regnum: seu statum illum postquam Regibus parere captum est, de quo libr: III. qui hos Reges, ordine & obiter, recenset, cum brevi adnotatione actorum; in utraq; Rep: apud nostrates sunt autem hi Reges;*
    1. *Haquinus Haquini F: Rex Norv.*
    2. *Magnus Haquini F: R:N:*
    3. *Ericus Magni F: R:N:*
    4. *Haquinus Magni F: R:N:*
    5. *Magnus Erici F: R:N:*
    6. *Haquinus Magni F: R:N:*
    7. *Olaus Haquini F: R: Dan: & N:*
    8. *Margareta, Dan: Suec: & Norv: Regina.*
    9. *Ericus Pomeranus R: Dan: Suec: Norv:*
    10. *Christophorus Bavarus R: Dan: Suec: Norv:*
    11. *Christian: I: R Dan: Suec: Norv:*
    12. *Iohan: Dan: Suec: Norv: Rex.*
    13. *Christian: II: Rex Dan: Suec: Norv:*
    14. *Frideric: I: Dan: Norv: R:*
    15. *Christian: III: R: Dan: Norv: &c.*
    16. *Frideric: II: R: Dan: Norv: &c.*
    17. *CHRIST. IIII, R: Dan: Norv: &c.*

In suam

CRYMOGAEAM,

Ad candidum Lectorem,

ARNGRIMI IONÆ.

Præfatio:

Occasionem & scopum scripti continens.

Dideram, Lector, Anno, 1593. Libellum, pro Patriâ meâ Islandiâ, adversus eos; qui partim errore de rebus Insulæ ignotæ, multa præter rem asserere, non dubitârant; partim ingenio minus sano, criminibus, etiam falsis & contumelijs, non veriti sunt gentem nostram proscindere. De quâ Opella nostrâ, varias variorum ingeniorum sustinuimus censuras & judicia.

Alijs enim nihil minus quam Operæ precium navare visus sum: Litem non necessariam suscipere: maximis viris contradicere (ideoq; non audiendum: prout quendam argumentatum esse didici) itemq; ostentationis gratiâ scribere & propriæ famæ magis quam publicæ, emolumentum quærere: Qualem etiam gratiam à conterraneis nonnullis retuli; Alijs quidem Ardearum instar, ob nandi imperitiam, aquas culpantibus; Alijs verò etiam literatis; sed Ardelionibus: Qui ob ingenij inquietudinem, cum ipsi nihil agant, aliorum labores ferre non possunt, sine invidiâ. Quanquam quid ibi invidendum; nisi quòd nomen & famam propriam multorum calamistris exposuerim. Quinetiam deprehendi, qui nomine Hamburgen-

ſium, non ſine ſtomacho me alloqueretur, ob eam, quæ folio libelli 90. pag. priore continetur; Apoſtrophen, ad Senatum populumq; Hamburgenſem; propterea quod Epanorthoſin, quæ paginâ proximâ ſequitur, non legiſſet: Quam ubi verſo folio me monente, inſpiceret, mox in gratiam mecum rediit. Ita mihi apud Literatos quoſdam præjudicium, apud quoſdam verò æmulatio; apud Idiotas, ſtultitia & malignititas obeſſe capit.

Interim tamen ex doctioribus & præſtantioribus viris, habui plurimos conatus mei æquos cenſores: non in Patriâ ſolùm; ſed & exteros (qui illorum candor fuit) Quorum alii coràm; alii crebrioribus literis inſtigârunt; imò efflagitârunt; ut de Patriâ, aliquid præterea ſcriberem: Neq; enim ſolâ errorum & criminum refutatione, Lectori ſatisfactum exiſtimabant; niſi etiam Rerum noſtratium, luculentior aliqua accederet narratio.

Hærebat diutulè, ambiguo ratiocinio ſuſpenſus animus: deberetnè, ſiniſtris illis judiciis ſuccumbere, atq; id genus lucubrationum in poſterum refugere penitus? An verò æquioribus his arbitris morē gerere, ſeq; ad aliquid novi de Rebus Iſlandicis ſcribendum accingere? Vicit tandem bonorum opinio & aſſenſus: ac pravorum judiciorum, objectiq; criminis vanæ ambitionis contemptum mihi ingeneravit: Falſum namq; probrum; non ultra aures; (ut eſt in Æſchinis proverbio) Conſcientiam, ab ejusmodi labe liberam, non attingit. Quocirca hæc, de Rebus Iſlandorum, inter legendum Antiquitates noſtratium hiſtoricas, concepta, in hanc Opuſculi formam redigere; tandem non dubitavi.

Occaſio ſcriptionis ea fuit: ſcopum requiris?

I. Vt ad Deum Opt. M. merita hinc laus & gloria redundet: Qui familias ſuis ſedibus & ſolo natali extorres, non interire aut extirpari paſſus ſit; Sed in juſtam gentis multitudinem excreſcere: & ne non eſſet, ubi aut unde viverent, ex Oceani medio ſedes commodas emergere vel apparere fecit; ibiq; admi- ran-

rando modo, de omnibus vitæ subsidijs ijsdem prospexit: Nec vitam solùm & victum indulsit; sed & certa vivendi forma & Legibus honestis, ad virtutem iter monstravit: Et quod omnium maximum est; extirpata barbarie Ethnicâ, in societatem Ecclesiæ beatæ & benedictæ vocavit: Literarum & sapientiæ exercitia & scholas apud nos aperuit: nec sanæ doctrinæ Lumen hucusq, iterum extingui sivit: Adeò ut felices illas mundi plagas, vel Schytico Dei contemptu laborantes, vel infectâ salutis Doctrinâ, à vero cultus Divini tramite abberrantes, ex speculâ hac halcyoniâ aspicere, & nobis tantò vehementius gratulari ac de verâ felicitate & summo hominis bono, sito in agnitione Salvatoris nostri Iesu Christi, in tacito, ut ajunt, sinu gaudere possimus; illudq, universis Persarum Gazis, Turcarum opibus, Indorum gemmis, & auro, præferre; Quibus nec frigora nec paupertatem, cum hoc summo Dei beneficio conjunctam, velimus commutare.

II. Alter finis præsentis scripti, ipsam Islandorum salutem spectat. Ut scilicet, tantam Dei bonitatem expendentes, expendentes, inquam, qui simus, qui fuerimus, ex damnatis nempe Ethnicis, æternæ salutis participes facti; ita nos erga Deum geramus; ne hujus ipsum beneficij pœnitere aliquando necesse sit; quemadmodum olim de Mortalium genere, horrendum diluvij supplicium, protervâ malitiâ provocante, ipsum Numen divinum conquestum est: Pœnitet me fecisse hominem.

III. Optarem etiam, has Misericordias Domini, per quas nos respicere dignatus est, alijs nationibus, tenui quantumvis & jejuna hac Rerum nostrarum narratione, innotescere; ne illis posthac ignoti penitus; aut prorsus contempti vivamus: Sed ut uno & eodem Iesu Christi Spiritu nobiscum coalescant; animadvertentes Regnum Dei, ad mundanas beatitudines non esse alligatum.

IV. Quin & eò quoq, spectasse me, vel in primis non dissimulo;

mulo; ut hinc Regibus nostris serenissimis sub quorum tutelâ & præsidio, hucusq; Dei beneficio, pacatè viximus & victuros in posterum speramus, sua laus & debitus honos, constaret: In primis verò illustrissimo Regi, Christiano III. cum filio, Divo Friderico II. & nepote inclyto, Christiano IV. Rege nostro moderno optatissimo & serenissimo. Quorum beneficio Ecclesia Dei, quæ in Islandia est, in clariorem Evangelij Lucem vindicata, salvificæ veritatis non exigua incrementa accepit; ac etiamnum clementer fovetur: Cui rei ne facultas deesset; non dubitarunt Reges Christianissimi literarum & doctrinæ collegia cum typographia unà etiam in ultimo illo suorum Regnorum angulo, Regiâ verè pietate & munificentia, instituere: Unde proficiscenti nostræ juventuti, eorundem annuente Gratiâ, ad Academica Universitatis ocia literata & immunitates, (quibus illic eruditionis & virtutis studiosi, alumni Regij, gaudent) aditus præ alijs pateret liberrimus.

Est profectò inter plurimas celeberrimorum Daniæ Regum, laudes, hæc non ultima gloria: quod in tam remoto terrarum orbe, syncerioris religionis facem accenderint: & accensam constanter nutriri curent; sicq; veteris erroris tenebras, in lucem veritatis; cæcitatem in visum; omninoq; barbariem in veræ sapientiæ cultum, divinâ aspirante gratiâ, converterint, Viderintq; & etiamnum videant ad cœlestia oracula, de divinæ lucis & gratiæ radio in extremum orbem penetraturo, implenda, sese velut instrumenta καὶ συνέργους divinitus electos & destinatos esse.

Hæc summa Regum nostrorum beneficia, hancq; in Ecclesiis & scholis fovendis pietatem, qui non agnoverint, ingratissimi sint oportet. Quorum numero ut nos eximeremus, volui & meo & patriæ nomine, tantam Sereniss. Regum nostrorum beneficentiam, hoc publico veluti testimonio confiteri & deprædicare; meq; simul juxta ac alios, Regiâ munificentia, in patriâ & extra


extra patriam usos vel adhuc utentes, commonefacere; quæ animi, quæ vitæ institutio, ac studia, ob tam præclara Regum de nobis merita nos deceant: ne prorsus male collata videri possint: Nempe aliquid tale, quod Cato Porcius dicere solebat: Reddendam esse vitæ rationem,&c. *& animos liberali otio beatos, ab ignavo otio esse avocandos: vel, quod Amasis Ægyptiorum Regis edicto circumfertur;* Profitendum cuilibet, apud suum præsidem quotannis artem aliquam, unde viveret. *Nam nunc Gymnosophistarum solertiam (apud quos impransi abibant, qui* DIURNAE *operæ fructum nullum attulissent) aut etiam Ægyptiacæ juventutis, 180. stadia, ante Epulas percurrentis, indefessam diligentiam, hoc seculo somniare, nihil attinet.*

Habes brevissimè, præsentis scriptiunculæ & occasionem, Lector, & intentionem. Sed & tute sub præfationis exitum, mihi compellandus: De rebus scil. (hujus libelli materiâ) & rerum contextu.

Res enim tradimus; non Italiæ aut Græciæ: sed obscuræ illius multis seculis & contemptæ plurimis, ac tantum non execrabilis (judicio quorundam) Insulæ Islandiæ. Quare fortasse dicas, rerum (per verba) contextum; id est, orationem & stylum, materiæ accommodandum fuisse: Non poterat hoc, inquam, ubiq; fieri. Scio ægrè laturos alios quod Reip. quod Aristocratiæ, Regni, Optimatum, nomophylacum nomina & appellationes, de tam humili loco & societate hominum, usurpem.

Sed & ista, de Apium examinibus usurpata à quibusdam sine offensione, cognovimus. Ferant ergo id de Islandis fieri; quibus cum illis, magis propria est, quam apibus, humanæ sortis & mentis conditio; & æterni ac summi boni contuitio. Deinde hoc non te lateat, Lector humanissime, multis usum me vocibus, magis ex usu nostri temporis, quam earundem proprietate: Rursus

sius quibusdam (sed paucißimis) propriè magis quam usitatè: Non tamen affectatè proprietatem aut quærere aut negligere voluisse: sed de rebus magis sollicitum quam verbis; nihil eâ curâ aut anxietate scripsisse, ut quempiam hic sermonis aut elegantiæ Romanæ eximiam aliquam copiam aut nitorem quærere sperem: prout in ipso etiam Libelli vestibulo protestatum volui. Res igitur ut barbaræ sunt; ita hanc vestem, quâ eas donavimus, quamvis non sat latina videatur, aut alioqui minus conveniens; tu boni consule & vale.







DE REBUS ISLANDORUM, LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Islandiæ situs Cosmographicus & Geographicus ac appellationum diversarum Historia.

ISLANDICÆ GENTIS, PRIMORdia & Rempublicam scribere instituimus: tenui equidem orationis filo [quale decet historiam] omniq; verborum carente lenocinio, Rhetorumq; pigmentis experte: Ne quid ingenij ostentandi gratia [quod scio quàm sit exiguum] magis quam Rempub. literariam, in hac historiæ vitæ humanæ parte, adjutandi studio, scribere arguar. Ut autem constet etiam ignotis, quænam sit illa gens Islandica, quam diximus; ejusdem descriptionem à subjecto loco ordiendam, ipsiusq; Islandiæ situm Cosmographicum & Geographicum, qualis sanè haberi potuit, idcirco huc necessariò assumendum, arbitrati sumus, cum Appellationum quas diverso tempore, diversas habuit, brevissimâ historiâ.

Est igitur Islandia, Insula Septentrionis vasto circumfusa Oceano: Cujus latitudo Cosmographcia, ad Boream, Holis nempe, quæ sedes est Episcopalis, Borealis Islandiæ, gr. 65. 44. Longitudo veró gr. 13. 30. circiter: Nec enim præcisè affirmavero, ob eum scrupulum, qui est à paralaxi Lunæ, in ecclipsium observationibus metuendus: quem solum *Islandiæ situs Cosmographi.*

illum investigandæ longit: modum hactenus adhibuit, clarissimus vir, Gudbrandus Thorlacius, Borealis Islandiæ Episcopus modernus: qui nobis longit, & latit: hanc sui loci communicavit: primusq; quod sciam, hac in re, aliquid certi apud nostrates, prodidit, ubi quamvis alii, alia, subtilissimam diligentiam impedientia, metuant: nos eam tamen, incertissimis nautarum conjecturis, ac multó magis exotericorum scriptorum de hac re, sententiis, non minus contrarijs quám variis, quas alibi collegimus, longè posthabitis, sequimur haud inviti; dum forté aliâs aliquid magis exquisitum, magisq; ut loquuntur, ad unguem, sive ipsius Dn. Gudbrandi beneficio, sive alterius, monstratum fuerit. Etsi autem in libello Anno 93. pro Islandia edito, latitudo Holensis per Typographi & Correctoris incuriam 45. gr. expressa legatur; id tamen erratum, candidus & cordatus Lector, exis quæ ibidem, de diei & noctis, quantitate mox sequuntur, facile restituet: Noctis enim & Diei quantitas ibidem assignata, non cum latitudine 45. gr. sed 65 graduum & 44. m. convertitur: id quod spero á syncenis ingenijs non fuisse præteritum: Quamvis illâ spe apud nonnullos frustratum me intelligam: Etenim Theatri Orteliani commentator, hunc latitudinis errorem non typographo, sed mihi ascribit; dicens. *Islandiam autem nostram subjacere 1. gr. long. & 60. gr. latitu. nemo qui saltem tabulas Geographicas novit, ignorat: & errare puto ipsum Islandum Arngrimum Ionam, in suo de hac insula Commentario; ubi dicit eam Latitudinis circiter gradus 44. & 44. minutis, &c.* Ego veró ut errorem istum non meum esse ostendam; primúm ad Autographum D. D. professoribus Haffniensibus, imo & ipsi Cancellario, Magn. Nicolao Kaasio, ante editionem, oblatum, appello: quod latit. 65. gr. 44. continet. Deinde etiam ad ipsos D D. professores adhuc superstites; quibuscum

mihi

mihi, de latit. Island. ante editionem frequens ſermo. Tertiò ad exemplaria editi libelli, tum Regi Sereniſ. tum utriq; Cancellario & aliis, abs me oblata & meâ manu, quo ad hunc errorem, correcta. Quartò ad ipſum illum libellum eandem illam paginam, imò & periodum eandem; ubi typographi hunc latitudinis Islandiæ errorem, Ortelianus Commentator legerat. ibi enim ſic habetur: *Et illic [Holæ in Boreali Islandia] Diem breviſſimum habemus ad minimum duarum horarum: in meridionali Island. à longiorem, ut ex artificum tabulis videre eſt, &c.* Quod ſi jam lector ille neque autographum, nec D D. Profeſſores Hafnienſes, nec exemplaria mea manu correcta, conſulere poterat; At hanc diei & noctis maximæ quantitatem, cum 44. aut 45. gr. minime reciprocam (ſi tantum candoris, quantum eruditionis habere voluiſſet videri) nequaquam lippis oculis percurrere debebat. Nolo autem veriora Orteliani commentatoris, in iisdem Islandiæ mappam notis, errata conſignare, ne propoſitæ orationis ſeries nimis interrumpatur.

Et verò (quæ hodie, ac inde à primo incolarum ingreſſu, Islandæ nomen gerit) tum adhuc inculta, varias à variis inventoribus appellationes ſortita eſt: quarum tres commemorantur.

Primùm namq; Snælandia dicta eſt. Etenim Naddocus, quidam pirata, Inſulas Farenſes[ab ovium multitudine Færeyar, vulgò appellatas]verſus, contendẽs, ad littora oriẽtalis Islandiæ, tempeſtateq; delatus eſt, non procul à monte, Reidarfiall, poſtea dicto, ud ſinum Reidarfiord: qui conſcenſo monte, viciniam latè contemplatus, omnia deſerta comperit. Oram autem ſub autumnum ſolvens animadvertit montium altiora cacumina nivibus largioribus obduci: atq; idcirco ẽre natâ, nomen fecit inſulæ Snælandiâ, id eſt Nivoſa terra.

Gardars-holma. Hunc secutus alter, Gardarus, Svavari f. natione Svecus, famâ, quam de Snælandiâ Naddocus attulerat, impulsus, eam quæsitum abijt: repperit; etiam ad orientale littus appellens, ac inde circum insulam vectus, in sinu Borealis Islandiæ Skialfanda, substitit, ibidemq; hybernavit, Anno Christi 864. fecitq; portus nomen Husawich; ab hybernis seu domibus ibidem exstructis. Ineunte autem vere, in Norvegiam soluturo Gardaro, Scapha, tempestate abacta est, in portum priori vicinum, eratq; in eadem Scaphâ nautarum quidam Nattfare / dictus: à quo etiam isti portui nomen, Natfarawick. Porrò Gardarus ad suos reversus, terram novam appellavit, Gardarßholm/quasi Gardari insula, neglecto Snælandiæ nomine.

Rafnaflo-co pirata. Quin etiam plures, terram recens inventam visendi incessit cupido. Nam & tertius quidam Floco, famosissimus & ille Pirata Gardarßholmam invisurus, solvit ex portu Norvegiæ, qui est ad speculam seu potius Pharum Flokawarda, situm in limitibus provinciarum Hordælandiæ & Rogælandiæ; perq; Hiatlandiam [quæ quibusdam malè Schetlandia] transiens, nomen portui cuidam, etiam postea retentum, indidit Flokawogur: ibidemq; stagnum (in quod Floconis filia Geirhillda, casu suffocata est, ab ipsâ, Geirhilldarwata, dictum est: Non secus ac pontus, in quo Hellen, causa quodam Phryxus amisit, Hellespontus nuncupabatur. Nondum erat pyxidis nauticæ usus. Quocirca Floco Hiatlandiam relinquens, corvos aliquot sibi adjunxit: Cumq; sibi videretur magnum jam iter navigando confecisse, corvum unum dimisit; qui in sublime evolans, conspectam retrò Hiatlandiam, repetijt. Unde colligens Floco, se adhuc Hiatlandiæ quam reliquis terris viciniorem, atq; ideo itrenue pergens; corvum emisit alterum: Qui quòd terram nullam ante vel á tergo conspiceret, in navim recidit. Demum

verò

verò corvus tertius à Flocone emissus, & itinere majore ex parte confecto, terram nautis optatam, subtilis visus acumine assecutus, eôdem celerrimo fertur volatu: cujus ductum secutus Floco, latus insulæ orientale, ut antecessores, primùm conspicatus est: inde ad Austrum cursum dirigens, patentissimum sinum, inter promonotria duo, Reykanes et Snæfellsnes postmodum dicta, 12. milliaria Islandica latum deprehendit. Audiens auté ex nautâ quodá, (qué secum habebat,) natione Scoto, cui Faxa nomen, vastum illud esse, quod jam obvium haberent, amnis seu fluvij ostium; Floco ad notandam Faxæ stultitiam, sinum maris tam vastum, fluvij ostium reputantis, nomen fecit sinui inter prædicta promontoria intercepto, Faxaos: quod Faxæ ostium. Hic sinus, ob portuum multitudinem, postea dictus Hafnafiordur: quæ appellatio hodie specialius, de ejusdem sinus, portu quodam tutissimo, Hafnafiordur / usurpatur.

Dehinc latus insulæ occidentale legens Floco, sinum Breidafiord subintravit, in portu quopiam provinciæ Bardæstraund Watnsfiordur dicto: [Utor enim appellationibus postea natis] subsistens: ibidemq; hyberna parans, ex piscibus varii generis, quibus sinus abundabat, commodè vixit. Hic verò vernum tempus, frigore intemperatissimum nactus, deprehendit sinum, qui à Borea hanc terræ partem ingreditur, glacie marinâ, quam Grònlandicam appellamus, repleri. A qua glacie Floco, tertium finxit insulæ nomen, Island. Sed & alteram hyemem, ad meridionale latus conversus Floco, in Islandia transegit: Reversusq; in Norvegiam à corvis, quibus pro pyxide nauticâ usus est, cognomem Rafnaflokе sortiebatur. *Islandica*

Et Islandia quidem has appellationes ab inventoribus consequenter nacta est: Nam ad quartam, Thule, quod attinet, quæ huic terræ à quibusdam affigitur, non possum adduci *An Islandia sit Thule;*

 duci

duci ut veram esse credam; hoc potissimum argumento: Quod Thyle seu Thule, inter veteres, non solum Plinio, Nat. Hist. lib. 2. cap. 75. & lib. 4. cap. 16. [floruit auté Plinius circa An. Christi 80.] & qui Plinio antiquior, Pythiæ Massiliensi: sed etiam Pub. Vergilio: qui ultra annum Christi 14. non supervixerat, in ore & scriptis frequens fuerit: Islandia verò ad annum usq; Christ: 874. ut postea dicam, inculta prorsus manserit. Thule itaq;, quam Augusto servituram dixit Vergilius [*Georg: 1: tibi serviat ultima Thule:* ubi vel pueris notum, Thulen pro Thules incolis, Synecdochicōs dici] Augusti & Vergilii temporibus non solum habitata, sed etiam Romanis cognita, non est Islandia: multo post secula habitari primum cæpta. Videtur præterea ipse Plinius, loco citato posteriore, insulis Britannis, Thulen accensere: *Ultima (inquit,) omnium* [insularum Britannicarū scilicet de his enim illi sermo est] *quæ memorantur, est Thule.* Idem etiam Vergilium volvisse, consentaneum: qui ultimam dixit Thulen, loco citato: & similiter *penitus toto divisos orbe Britannos*: id est, ultimos. Idem porrò Argumentum, à Claudiani Alexandrini & hoc longè antiquioris, Pub. Papinii Statij, ætate, urgere liceat. Claudianus enim circa annum Christ: 390. canit, de belli Getici à Theodosio gesti successibus.

Famaq; nigrantes succincta pavoribus alas,
Secum cuncta trahens, à Gadibus usq; Britannum
Terruit oceanum: & nostro procul axe remotam
Insolito Belli, tremefecit murmure Thulen.

An verò Islandiam incultam & desertam, fama tremefecerit? Statius verò claudiano trecentis annis antiquior Sic: lib. 3. Sylva.

Quanquam et si gelidas, irem mansurus ad Arctos,
Vel super Hesperiæ vada caligantia Thules:

Audis;

Audis non levem modo famam de Thule, ad Statium pervenisse, sed vada, Syrtes seu brevia in accessu insulæ deprehensa, frequenti navigantium relatione, ipsi satis cognita fuisse: cujusmodi in circuitu Islandiæ, quod sciam nulla sunt: quod experientia loquitur. At in Britanicarum insularum accessu longè frequentissima, ut ferunt.

Premamus ipsum hoc argumentum ulterius à D. Hilarij ætate: qui Anno Christi 372 obierat: de cujus famâ sic Fortunatus:

Eloquij currente rotâ penetravit ad Indos,
Ingeniumq; potens, ultima Thyle colit.

Quid vero illud est, quod Statius vocat Hesperiam Thulen, id est, occidenti subjectam? Eò enim & Hispania, Hesperia dicta. Ast Ausonius, Aquilonigenas, Britannos, Edyll. 12.

Aut Italûm populos, Aquilonigenasq; Britannos.

Ex quorum sententia, Thule occidentalior sit Britannia. Nec valet argumentum quod à noctium & dierum brevitate utrobiq; in Islandiâ nempe & Thule quidam petivit: in solstitio nempe æstivo, nullas habere noctes. Nam & idem ipsis Britannis Iuvenalis tribuit: Satyr. 2.

——————— Arma quid ultra
Littora Iuvernæ promovimus, & modò captas
Orchadas, ac minimâ contentos nocte Britannos.

Deinde à sola loci latitudine, quamvis maximè eadem esset [id quod non largimur] concludere, Thulen esse Islandiam, non fuerit artis.

Ex recentioribus Iohannes Myritius, alibi (quod citatus nobiscum sentire se apertius ostendit:) in opere suo Geographico; asserit Thulen esse ultimam in ditione Scoti [Scotos autem Britannorum nomine venire, satis notum]

sub poli Elev. gr. 63. Atq; hac unius diei navigatione abesse mare Cronium, in quo sit Islandia: quod ipsum de Cronij maris à Thule distantia monens Plinius, concretum appellat, per quod nos glaciale intelligimus. In quo tamen Islandiam non sitam asserimus: Siquidem id limitibus zonæ frigidæ, â circulo Arctico ad polum includimus: Islandia verò circulum Arcticum, aliqua Borealis sui lateris parte tantum attingat. Etenim prædicti loci, sedis nempe cathedralis Holen: Zenith, ut ex latitud: assignata patet. 46. minutis abest à circulo Arctico.

Vidit autem hoc [Thulen non esse Islandiam] reliquis plerumq; sanior, Petrus Ramus, in omni literarum genere " scriptor exquisitus: qui mecum concludit; comment: in 1. " Georg. Verg. Thule inquit insula est oceani inter occasum " & Septemtrionem, ultra Britanniam, Latet: gr. 68. Long. " 11. ultima Romanis tum cognita[cum sc Vergilius scriberet Georgica] Islandia enim remotior est; & multæ Norvegiæ regiones. Hæc Ramus & Myritius: qui quàm rite Thules latitud: & longitud. attigerint, hoc loco nihil refert; dummodo eam ab Islandia diversam statuant. Quamvis igitur Saxo Grammaticus vel alij, Islandiam Thulen appellarent: & Islandos, Thulenses: apparet tamen hinc, eosdem opinione magis, quam rei veritate ductos, sic statuisse: id quod mihi hoc loca nequaquam dissimulandum fuit: Si enim Islandia eadem esset cum Thule, rueret totum hujus narrationis fundamentum de Islandia Anno Christ. 874. habitari primum cæpta: Quod tamen cum irrefragabilis historiarum consensus firmet, ruat illud necesse est: Thulen esse Islandiam. Et hæc de appellationibus Islandiæ, & situ cosmographico.

Situs Islandiæ Geographicus. Ipsius verò amplitudinem seu longitudinem & Latetudinem Geographicam, non satis exactè, nobis tradiderunt


runt veteres. Longitudo ejus est, ab oriente in occidentem nulla fat certâ mensurâ, quòd sciam, hactenus expressa: ut nec Latitudo à Borea in Austrum: Nisi quod in antiquo codicillo reperi, esse longitudinem xx: dierum iter. Latitudinem, ubi maxima, quatuor dierum, sunt autem itinera ut alibi, ita etiam apud nos, imparia [hic tamen intelligo, pyngmannaleid: xx: dagleider est in autographo.] Nec expressum, equitis, an peditis. Latitudo autem ipsa non est ubiq; eadem: ob sinus utrinq; ab Austro scilicet, & Boreâ terram ipsam imparibus spacijs ingredientes. Terminus orientalis Austurhorn: Occidentalis Raudesandur [nam promontor: Snæfellsnes / magis versus Lybonotum.] Borealis verò terminus Langanes: Austrinus Reykranes. A quatuor etiam mundi cardinibus, insula divisa est, in Borealem, Australem, orientalem, occidentalem, & Borealem quidem Islandiam ab orientali promontorium Langanes; ab occidentali, sinus Rutafiordur: Ab Australi, tesquorum vasta deserta secundum longitudinem insulæ porrecta, discriminant. Australem verò Islandiam, Boreali, tesquorum istorum interjectu oppositam, ab orientali, fluvius Joculsa/ in desertis Solseimasande decurrens: Ab occidentali etiam notabilis fluvius, Albis nomen sortitus & in sinum Borgarfiord sese exonerans, dividit: Adeò; ut si liberet insulam humanâ specie repræsentare; orientalis Islandia capitis rationem obtineret. Promontoria duo insigniora Langanes, & Reykianes / seu termini, ille Borealis hic Austrinus ut dictum; Brachiorum vicem gererent. Desertâ verò secundùm longit: insulæ porrecta, dorsum vel spinam constituerent: tum Borealis & meridionalis Islandia scapulas cum lateribus: quæ in ipsis hypocondrijs, sinus duo oppositi, Borgarfiordt & Rutafiordar/à coxendice utrinq; dirimerent: hic à meridie, ille à Boreâ. Occidentalis verò Islandia, reliquam inde ab hypocondrijs, corporis

Islandiæ à mundi cardinibus dividitur.

humani

humani partem referret: Quam sinus Breidefiordur / ab occidente ingrediens, in dextrum & sinistrum pedem distringeret.

Ambitus Island: Insulæ etiam ambitus, nihilo certius constat: vetus tamen fama & opinio [ut alibi quo annotatum est] 144. milliaria Norvegica [uti existimo] numerat, hoc est, Germanica 288. censente Chytræo Norvegicum, duo Germ: æquare: *Islandiæ sinus.* ab uno promontorio ad aliud legendo: non per sinus: Quos Borealis Islandia 11. Orientalis 21 Australis 6. Occidentalis 70. habere numeratur. Atq; ista sunt ferè quæ de insula ipsa chorographicè initiò attingenda diximus; ut palam sit, Nos nec Thules, nec alterius, cujusq; ex vicinis insulis; Sed Islãdiæ incolas scribendos sumere, Typographica autem, cum loci natura, atq; alijs insulæ adjunctis, quæ in sequentibus non tacta fuerint, alijs scribenda relinquo: utpote rerum sive Physicarum sive hyperphysicarum, herbarum nempe & aliorum terra nascentium; tum aquarum, terrarum, & spirituum sive spectrorũ historiam, & si quæ sunt alia ejusdem farinæ: quæ quempiam vel scribere vel legere juvet; Ex his inquam, quæqunq; omissa sunt, consultò omissa sunt: Etenim in gentis descriptionem potissimum ego incumbo: Quòd hæc magis cum libelli, Anno 1593. pro Islandiâ, abs me edeti, argumento, facere videatur: Quodq; hoc scriptionis genus, historiam, illam vitæ magistram, plus sapiat: plus quoq; emolumenti ad vitam communem afferat. In hoc igitur proposito, sic porrò pergemus.



Cap

Caput II.

Islandia à quibus quando & qua occasione habitari capta.

HAraldo Pulcricomo [quem si à Cæsarie, Cæsar dicitur, quid obstat, quin Cæsarem appellemus?] rerum potiente in Norvegia, plurimum sanè præcipuæ Nobilitati Norvegicæ decessit: id quod historia Norvegica latè persequitur: Latius tamen historiæ particulares, nobilium, familiarum à Pulcricomo expulsarum, ut deinceps scribendum veniet. Pulcricomus enim Regià potestate seu summo imperio: hoc est legum, magistratus, belli ac pacis & provocationis jure [eo enim Regem definiunt cum alij, tum Bodinus; Meth. hist: cap. 6] non contentus, omnia sibi proprietarij jure, vendicabat; eoq; tributa annua, non minus nobilibus quàm vulgo imperabat; paucissimis exceptis: quibus cum vel affinitatis vel amicitiæ necessitudo intercedebat. Quæ Pulcricomi vis, licet incolis meritò iniusta visa, propter finem tamen bonum in historijs non magnopere improbatur: Eà enim Deus opt: max: transferens regna, & constituens imperia, ad ὀλιγαρχίαν καὶ ὀχλοκρατίαν [quà misera Norvegia, inde post Nori, primi regni Norvegici conditoris tempora, laborârat] tollendam, usus videtur. Præterit, quod Pulcricomus ex æquo in omnes grassabatur, etiam hos, qui suis prædijs & possessionibus contenti, nihil publicum affectabant, id verò excusari nec debet nec potest. Unde factum; quod, ut quisq; nobilissimus, ut quisq; divitijs & potentia maxime pollens esset, ita strenuissime, tam iniustum tamque invisum imperium, detrectaret: Adeò ut maluerint plurimi, opulentis prædijs & patrià excedere, quam Generositatem suam, servitio & tributis, commutare: id enim sua & majorum virtute, prorsus indignum sunt rati. Ortæ

Oligarchia hîc ut alias sæpè, in malam partem sumitur; ut sit oppositum Aristocratiæ? quemadmodũ Ochlocratia, opponitur legitimæ Democratiæ.

hinc sunt plurimum mutuæ in Regem, Regiosve injuriæ; ut cædes regiorum, vel amicorum vel necessariorum, tum rapinæ terrâ mariq; exercitia: ne scilicet Rex tam injustam relictorum bonorum invasionem impune prorsus auferret. Ab his igitur nobilibus familiis, Haraldianam vim detrectantibus, insula hæc nostra cum vicinis, incoli cæptæ: idq; his fere vestigiis & itineribus.

Anno enim reparatæ salutis, 874. Norvegiæ quidam incola, Ingulfus, patria excedens; Naddoci, Gardari & Floconis superius commemoratorum vestigia secutus, transferendæ in Islandiam habitationis, antesignatus factus est: idq; hac occasione. Fuit, Ingulfus natalibus clarus & divitiis, patrem habens, Ørn, quod Aquilam sonat, Ducem Fyrdafylcensem in Norvegiâ, Ingulfi soror, Helga fuit, virgo omnibus ornamentis muliebribus prædita, eiusdemq; sobrinus, Leifus; qui à gladio insigni, quem singulari virtute bellicâ in Irlandia nactus est, Hiorleifus est dictus. Hiør enim gladius, est. Erant adhæc id temporis in nobilitate Norvegica fratres tres Germani, Hallstenn, Holmsten, Herstenn: Atlæ vel Atlantis, Baronis cujusdam Norvegici filij: Quibus cum prædictis illis, Ingulfo, & Hiorleifo simultates quædam intercesserunt; quæ mox in cædes eruperunt cruentas. Nam cum forte convivarentur unà, votum aliquod sollenne singulis concipiendum, more sui seculi injunxerunt. Primus itaq; Herstenus vovit, se aut, Helgam, Ingulfi sororem, in uxorem ducturum, aut nullam. Mox Ingulfus: se nullum in hæreditatem paternam, secum admissurum esse, quàm solùm Hiorleifum: Innuens sororem Helgam, se consentiente, non nisi Hiorleifo nupturam: Contra nempe Hersteni votum: de eâdem sola ducenda. Deinde Helmstenus; se si quando, arbiter inter partes adversas deligeretur, nullâ ratione adigendum, ut sententiam injustam ferret. Atq; sic

reliqui deinceps. Successit paulò post Ingulfi votum: Hiorleifus enim, sobrinam Helgam in uxorem accepit. Licita namq; erant eo tempore sobrinorum conjugia. Hinc Hersteni summum odium & inimicitiæ adversus prædictos Hiorleifum & Ingulfum: Qui idcirco fratre Holmsteno adscito, sex navigijs milite completis, Hiorleifum tribus tantum navibus usum & iter in exteras parantem, inopinatò aggressus est. Cujus impetum Hiorleifus diu & fortiter sustinens, ab interveniente quodam amico adjutus, cæso Hersteno, superior evasit. Holmstenus autem fuga sibi consulens & fratris nece non parum exacerbatus, post menses aliquot, armata manu Ingulfum cum Hiorleifo domi oppressurus, advenit. De quo illi per exploratores certiores facti, eundem armato præsidio excipiunt & cædunt. Supervixit fratrum tertius, Hallstenus; reliquis prudentior: qui se injustis fratrum turbis, non immiscuerat; Hujus arbitrio, Ingulfus cum Hiorleifo rem totam dijudicandam committunt: memorem voti, de æquitate non violandâ, statuentes. Hallstenus igitur fratrem Herstenum, jure occisum pronunciat: Holmstenum verò; qui acerbo dolore compulsus, necem fratris, aliquâ clade ulcisci, voluisset, non item. Ob ejus cædé igitur, ambos provincia Fyrdafylcensi exulare jussit. Parent non inviti arbitro, cui censuram spontè concrediderant, Patriamq; relinquendi studio, fundos & prædia, mercibus & nummis divendunt, & magnum facinus, gentis novæ in terrâ novâ, condendæ, animo concipiunt: idq; non Hallsteni, (qui cum per istam transactionem in gratiam redierant: cui etiam alioquî viribus facile certassent;) sed ipsius Pulcricomi metu; in patriam & cives etiam innocuos, pro obtinendâ, ut dictum, non monarchia solùm sed παμπησίᾳ seu universorum possessione, grassantis: Nec enim id de Haraldiana vi dubium: disertè enim in filii successoris

Haquini Adalſtenii hiſtoria legitur; cum Regia poteſtate contentum, ſingulis ſua reſtituiſſe, quæ pater injuſte ſibi vendicarat.

Hic neſcio qua confidentia Ortelianus commentator ſibi autoritatem ſumat, noſtris antiquitatibus contradicendi: qui Islandiam à Norvegis Anno 870. ut me annotaviſſe legeras; ſed circa annum Chri: 1000. primum fuiſſe occupatam veriſimile ſibi videri ait. nec tamen dicit quare, ſibi ſic videatur.

Annus erat Chriſti 870. quo Ingulfus cum Hiörleifo, Islandiam primum inviſunt; ſed eam non mox, verum exacto quadriennio; Anno ut dictum 874. incolunt: numeroſas adducentes familias.

Porrò Ingulfus in conſpectum inſulæ veniens, poſtes ædium, quas in Norvegia habuerat in undas abjicit more Ethnico: pro oraculo habens, eum ſibi fataliter delectum habitandi locum, quem poſtes in littus ejecti deſignarent. Eam conſvetudinem plurimi Norvegorum ſolum vertentes retinuerunt. Appulit autem Ingulfus non quo poſtes, ſed ad promontorium meridionalis [alibi malè, occidentalis] littoris, à ſuo nomine dictum Ingulfshofde. Attamen poſtes ædium quas diximus, integrum triennium deſiderans, repperit tandem in eo loco; qui Reychiarwich nominatur; ibiq; habitationem condidit. Hiörleifus verò, ab Ethnica ſuperſtitione magis alienus, ſedes poſuit in promontorio, Hiørleifshofda: à ſuo nomine ſimiliter denominato. Domus ibidem extruxit majuſculas: unam, 126. alteram 135. pedes longam. Hic primo anno labente, agrum colere & ſementem facere occepit: In quo opere, cum ſervos quos ſecum decem ex Islandia adduxerat, exercerat, illi Hiörleifi jumentum ab urſo ſylveſtri peremptum mentiti ſunt [urſos enim non niſi adventitios habere Islandiam, poſtea compertum eſt] Quem cum Hiörleifus ulciſcendi animo, ut ſylva vicina inveſtigaret, à ſervis iſtis, in inſidiis latentibus fraude interemptus eſt; cum ſociis aliquot ſibi adjunctis: ſervis tam uxores, quam bona occiſorum rapientibus; inq; inſulas à littore non ita procul diſtantes, fugientibus: quæ poſtea ab iisdem ſervis, dictæ ſunt Weſtmaſyar. Eo quod ex Irlandia


Weſtmanaſyar.

eſſent

eſſent: Norvegi autem, Irlandos, Anglos, Scotos Weſtmenn: id eſt, occidentales homines appellabant: cum illæ terræ verſus occidentem à Norvegia diſtent. Hos homicidas inſecutus Ingulfus, in eisdem inſulis oppreſſos ad unum omnes delevit: ob importuni amici & affinis fatum, animo valde exulceratus.

Islandiam autem prorſus incultam & deſertam Ingulfus repperit & occupavit; Sylvis denſiſſimis & vix niſi Betulis feracibus, undiq; conſitam, ita ut ad itinera & habitationes, ſylvas paſſim ſecuri aperire, neceſſum fuerit. Interim tamen ex ſignis quibusdam colligere erat, nautas neſcio quos quædam terræ littora, aliquando attigiſſe, non incoluiſſe. Nempe nolas, cruces ligneas aliâq; opere & arte Irlandica & Britannica facta, depræhendit Ingulfus: Aſt domuum vel habitationū vel culturæ veſtigia nulla. Unde veriſimile eſt, piſcatores Irlandos vel Scotos [ut & hodie Anglos] juxta Islandiam piſcari ſolitos, nonnunq;, ut fit, in terram deſcendiſſe, atq; ita Chriſtianæ religionis utenſilia, nolas, cruces, caſu reliquiſſe. Etenim Irlandi jam tum Chriſtianiſmo, ut loquuntur, imbuti erant. Eosdem autem quicunq; fuerint veteres Islandi, Papa vel Papas appellârant: A quibus, ut mihi quidem veriſimile fit, inſula orientalis Islandiæ Papey, nomen traxerat; quod hanc ſæpius attingere ſoliti ſunt: vel eorum monumenta, qualia dixi, illic potiſſimum reperta fuerint. Eſt etiam hoc latus Islandiæ, ex Anglia, Irlandia & Scotia, verſus Corum navigantibus, maxime expoſitum. Porro quinam & unde iſti Papæ vel Pappæ fuerint, non ſatis dicere habeo: niſi forſan ex Scotiæ inſulis: quarum una Pappa: altera Weſtrapappa, nomen habent: ut in mappis cernere eſt. Cui conjecturæ quantum quis volet tribuat. Ingulfi porro veſtigia plurimi Norvegorum poſtea audacter ſecuti, cum conjugibus & liberis, magnisq; cognatorum, agnatorum, affiniumq; &

amicorum agminibus, in Islandiam concedentes, in libertatem ſeſe vendicabant. Quorum nomina & familiæ prolixæ in annalibus recenſentur; ut ex libro ſecundo intelligitur. Recenſetur præterea, quas oras, quæ littora, quæ loca mediterranea, ſinguli occuparint: & quo tempore: itemq; quomodo primi inhabitatores, fretis, ſinubus, portubus, Iſthmis, Porthmis, promontoriis, rupibus, ſcopulis, montibus, collibus, vallibus, tesquis, fontibus, fluminibus, rivis, villis, prædiis ſeu habitationibus, nomina fecerint: quorum hodiè plæraq; retinentur & in uſu ſunt. Quam Topographiam, lectori præſertim extraneo, tædioſam futuram ratus, hîc omiſi; incolarum deſcriptioni, ut monitum, magis intentus: qui ſic occupatæ jam Islandiæ partes habitabiles, 60. annorum ſpacio, ſua multitudine repleverunt.





CAPUT III.

DE LINGUA GENTIS.

DE lingua Islandorum res ipſa loquitur, eſſe Norvegicam; veterem inquam illam & genuinam: ex veteri Gothica qua integrâ ſoli nunc utuntur Islandi: eamq; propterea, Islandicam nuncupamus. De cujus linguæ literis primum pauca: Poſtea erit de ejusdem origine, brevis diſcurſus, capite ſequenti.

Et literas quidem ea lingua duplices habuiſſe videtur: veteres ſcilicet & novas. Novæ ſunt, quibus hodiè vulgo utimur; toti ferè Europæ nobiſcum communes. Quæ ſquando primum in uſu eſſe cæperint, non ſatis conſtat. Certe adhuc Cippi veteribus literis inſcripti, apud noſtrates, aliquot viſuntur, quas literas etiam plurimi adhuc norunt, leguntq; & ſcribunt: Continenturq; iisdem hæc ipſa lingua vernacula, nihil immutata. Veterum porrò characterum nomen & figuram, qualis ſanè mihi oblata eſt, novis ſeu vulgaribus, è regione poſitis, & valorem iſtarum exprimentibus; ſic exhibere viſum eſt, additâ etiam, Ulphilæ Gotorum Epiſcopi, cum noſtris, convenientiâ & diſcrepantiâ: quem has literas inveniſſe, tradunt Iohannes Theodorus & Iohannes Iſraël, fratres & cives Francofurtenſes: Ex quorum relatione, Ulphilæ, in omnibus nobiſcum convenit, niſi ubi hic deſcrepantia adnotata fuerit. Sed & aliarum quarundam gentium literas, ad noſtratium quasdem adnotare, ex eodem exemplari Francofurtenſi, non piguit; id quod ſubjecti typi monſtrabunt.

A	*Ar*	ᛆ
b	*Biarkan*	ᛒ
z	*Knesol*	ᛌ
d	*Stunginntyr*	ᛑ *vel* ᛏ & *Ulphilæ sic* ꝑ
e	*Stunginn Is*	ᛂ
f	*Fe*	ᚠ
g	*Stunginn kaun*	ᚵ
h	*Hagall*	ᚼ
i	*Is*	ᛁ
k	*Kaun*	ᚴ *(L moscoviticum*
l	*Laugur*	ᛚ *vel* ∩ *Ulphilæ sic* Λ *Est &* ∩.
m	*Madur*	ᛘ
n	*Nand*	ᚾ *Ulphilæ sic* Λ
o	*Os*	ᚮ
p	*Plastur*	ᛕ *Ulph. sic* B
r	*Reid*	ᚱ
s	*Sol*	ᛋ *Ulph. sic* ч
t	*Tyr*	ᛏ *Ulph. sic* ↑
u	*Vr*	ᚢ *Ulph. sic* ∩
y	*Yr*	ᛦ *Ulph. sic* ᚼ Þ {*th* {*tha*} *arabum*
þ	*Puss*	ᚦ ч *æthiopum* Þ {*d* {*dha*}

Characteres hic cernimus 21. Sed veteres tantum 16. numerabant: Et tertium ᛌ: nolebat pro suo agnoscere: quod ζ græcorum, hoc est ts vel ds [ut illi voluerunt] in sua lingua distinctis literis scriberent. Quartum vero ᛑ à deci-

mocta-

mo octavo, puncto aliquo diſcernebant; vel virgula transverſa, ſic fere ᛑ; alioqui figura prorſus eſt eadem: & nomen: tyr: niſi d: ſtunginn tyr: id eſt punctuatum tyr: ſicut ᚴ kavn, k, & punctuatum kaun ᚵ g. Sic Is punctuatum pro e: plaſtur, veró, refert B. ventre utroq; ſupernè & infernè aperto. Præter has, reliquæ 16. numerantur, ut dixi. Etenim diphthongos ſyllabis accenſebant.

Porrò Conſonantem ultimam veteris alphabeti, novum retinuit, nomine, non figurâ, mutatam: quæ eſt þ. Hæc vocali in eadem ſyllabâ poſtpoſita, valet d: ut blap pro Blad: id eſt, folium. Quæ ſcriptura veteribus magis in uſu, hodie ferè exolevit. Præpoſita verò vocali, peculiarem habet poteſtatem & pronunciationem: non prorſus Th: ſed quiddam craſſius ſonans, quaſi Tzh. lingvâ inter primores dentes, cum ſpiritu, propè exertâ: ut þa id eſt, tunc. Nomen habuit olim, þuß: hodie, þorn: vel Thorn, ſi pro th, þ ſubſtituas, itaq; penitus ſcribi aut pronunciari, non niſi per ſe ipſum poteſt.

Conſonantem f: etiam hoc modo ß. ſcribunt moderni. L. N. R. interdum quoq; aſpirant moderni: veteres rarius, aut fortè nunquã: ut hlutur/olim Lutur/id eſt res. Hnijfur/olim (ut & hodie interdũ,) knijfur; id eſt, culter. hrutur olim Rutur, id eſt, aries. Similiter interdum jod & vaf. ſeu J. & v. conſonantes: ut hiol/id eſt, rota: hualur/id eſt, balena: id quod & veteres, de jod & vaf feciſſe cenſeo.

In vocalibus & dipthongis ut & abbreviaturis huic lingvæ propriis, longè major eſt varietas: quam ne attingere quidem volui: Deinde etiam literarum, ut reliquæ Etymologiæ ac Syntaxeos hujus lingvæ, juſta tractatio peculiaris operis copioſa foret materia (præſertim ſi quis poëticen adjungeret) lingvæ Islandicæ Grammaticam ſcripturis id, quod nihilo fuerit difficilius: quam quod de Germanica & Gallica lingva præter alias factitatum vidimus.

Circa annum Domini 1216. ſcripſit quidam noſtratium de literis, lingvæ vernaculæ ſermone patrio: ubi veteres iſtos characteres huic lingvæ proprios affirmat: utroſq; tam veteres quam novos, legitimâ tractatione perſequitur per ſuas definitiones & diviſiones literarum in vocales & conſonantes: facitq; ex quinq; vocalibus latinis, octodecim ſuæ lingvæ ſono & pronunciatione diſtinctas: Conſonantes naturaliter dividit in ſemivocales & mutas: & illas in liquidas & firmas: has in apertas vel clauſas: mediocrem ſcilicet logicum agens: Inq; literarum valore & pronunciatione tradenda, omnia vocis formandæ inſtrumenta, tam pulmonem & guttur, quam oris & lingvæ auxiliares partes, ad cujusq; definitionem artificioſè aſſumit, Literam þ. etiam the appellat: forſan ad imitationem, Theta Græcorum [quam propemodum ut diximus, licet non omninò, exprimit] vel Tau, Hebræorum: Quam Hebræam, ſi th vel t: Latinorum rite exprimunt; ut traditum à quibusdam eſt; nihilo proprius, Thau quam Theta, ad noſtrum þ. acceſſerit. Idem ille noſtras, abſolutis literis; ad figuras dictionis & ſententiæ, vernaculo idiomate tradendas: & exemplis noſtræ lingvæ illuſtrandas ſe confert; retentis Græcis figurarum titulis: ſeu nominibus Epizeuſis, Anadiploſis &c.

S'n ut Tzh eā nonnullis eadem propemodum videri poterit.

Ab hoc vero ſcriptore noſtrate, veteris alphabeti typos accepimus: ubi ſi quis nonnihil variet, cum eo non contendo: nec enim multorū exemplariū copia facta. Vidimus autem monumentū Gormonis Regis Daniæ, his characteribus antiquis inſcriptum, typis Hamburgenſium editum Anno 1591. addita interpretatione, per characteres Latinos: quibus typis non per omnia nobiſcum convenit: quod tamen non moror. Has autem literas, non ad Norvegiam, aſtringo, aut Islandiam: ſed ad lingvam; quæ nunc Norvegica nunc Danica dicta eſt: ſeu ipſam antiquam Gothicam, qua etiam

Lingva una & eadem, orbi Arctoo olim communis.

id

id temporis usum credo, totum orbem Arctoum & populos vicinos: itemq; Angliam, Scotiam, Irlandiam: Nam de Angliâ, diserte scriptū habemus; eam lingvâ Norvegicâ, ad Vilhelmi Nothi tempora usam: histor: Gunnlaug: Ormst.

Cæterum quamvis hæc lingva olim tot populis una & communis fuerit; à nostris tamen, Danici nominis semper studiosis, synecdochicōs, Danica fuit appellata (ut etiam eadem Norvegica, Norræna) unde in præfatione veteris commentarii, historiarum nostratium, hæc verba autoris leguntur. *Lingva Islandica, cur olim Danica dicta.*

Ʋ þessa Bok lait eg rita fornar frasögur um høfdingia þa sem rijk hafa haft á Nordurlöndum / og à Danska tungo hafa maillt. id est:

In hocce volumen conscribi curavi veteres historias de principibus (viris) qui regnum habuerunt in Septemtrionalibus terris & Danicâ lingvâ sunt locuti, &c.

Continet autem is liber orbis Arctoi res gestas permultas, Daniæ, Sueciæ Norveg: & vicinarum ex parte gentium. Hinc etiam est in veteri carmine, quod quidā de creationis & redemptionis beneficio condidit:

Fyrre meñ ad fraidin kunnu /
Forn og klök / á heidnum bokum
Saugdo af Konga Sviñri hogdan /
Sungo lof á Danska tungo.
Og j puilijko Modurmále
Meir er eg skylldur eñ Nockur peirra /
Hrærdañ dikt / af astarordum /
Allzvalldanda Kongi ad giallda.

[Puilijko Modurmale:] id est, Danico &c.

Rithmum autem sic licentiosè vertebam.

Ethnica barbaries, nullo sat Apolline culta,
In tamen historias ingeniosa fuit.
Illa suis, lingvâ, priscis quæ Danica fertur,
Dicebat laudes Regibus eximias.

Hac eadem lingvâ mihi cura incumbere debet
Arctior, æthereo Rutegi animosa canam.
Carmina; quæ moveat penetralibus excita cordis
Flamma, Dei vivi semper amore vigens.

In Dania autem & vicinis terris, tanto citius mutationi obnoxia facta est: quantò quæq; gens exterorum commercia frequentiora admisit. Norvegica verò eadem idcirco dicta; quòd in Norvegia diutissime incorrupta mánserit; cum jam in vicinis terris cæpisset mutari: ut & hodiè eadem meritò Islandica vocatur, quòd eâ integrâ, solè utantur Islandi: Norvegis enim modernis (reliqui de se videtint.) peregrinorum commercia, lingvam non adulterârunt solum, sed ademerunt: Quemadmodum de Italia & Græcia, magni nominis autores statuunt: quæ Latini Græciq; sermonis puritatem tenuerint; totoq; terrarum orbe disseminaverint: Postea verò quàm Scythæ & Gothi utranq; invaserint, tanta mutatio fit consecuta, ut nec Latium nec Athenæ, ubi nunc sunt, unquam extitisse videantur: Sic Parthos, Persicum; Arabes, Punicum: Turcas, Tartaros, Sclavos, Græcum; Latinos, Gallicum & Hispanicum idioma mutasse, præter alios, etiam Iohannes Bodinus affirmat: Meth. hist.

Porrò eâ lingvâ, olim Danica & Norvegica dicta, solos Islandos, uti integrâ dicebam; si primam & fatalem seu necessariam illam, mutationis lingvarum causam excipias: quæ est, ut idem Bodinus ait, in ipso decursu temporum: quibus non modò lingvæ, sed etiam res omnes mutantur, ac tota rerum natura senescit: Annotavitq; ex Polybio:
" anno minus quinquagesimo, quam ictum fuerit fœdus, in-
" ter Pœnos & Romanos, verba fœderis vix intelligi potuisse.
" Carmina verò quæ in sacris ex veteri formula canebantur,
" à paucissimis intellecta: Sic videmus paulatim omnium

populo-

populorum linguas, aliter atq; aliter mutari, ait Bodinus. Id quod etiam noſtræ lingvæ ex parte aliqua accidere poſſe, non imus inficias: Sed nequaquam tanto diſcrimine, aut tam paucorum annorum intervallo: Ad cujus puritatem retinendam, potiſſimum duo ſunt ſubſidia: Unum in libris manuſcriptis, veteris puritatis ac elegantiæ referti ſſimis. Alterum in commerciorum extraneorum paucitate. Vellem his tertium à modernis noſtratibus adjungi. Ne ſcilicet ſcribentes aut loquentes vernaculè, Danizarent aut Germanizarent: ſed ad lingvæ patriæ, per ſe ſatis copioſæ & elegantis; copiam & elegantiam anniterentur, eamq; ſapienter & doctè affectarent: minus profectò in poſterum mutationis periculum metuendum foret. Alioqui ad corrumpendam lingvam non opus erit exterorum commerciis.

Duo ſubſidia, ad puritatem lingvæ Islandicæ retinendam: tertium etiam optandum.

Caput. IV.

Ex quæſitâ origine lingvæ Norvegicæ occaſio ſumitur diſcurſus de primis Arctoi orbis incolis: & an ad hos lingvæ Norveg. origo referenda.

Lingvæ verò Norvegicæ originem [de qua jam obiter aliquid diximus] nemo quod ſciam, hactenus ſatis expedivit; Nec forſan in proclivi eſt. Idq; ideò quia de gentium migrationibus & populorum Arctoi hujus orbis, origine pauci ſibi aut aliis ſatisfecerunt: multi autem ad hunc ſcopulum navem impegerint. Taciti, Sabellici & Sipontini, & horum autoritatem ſecutorum, naufragium hic videmus: Qui cum Germanorum originem non invenirent, autochtonas ſtatuerunt. Annon etiam Angliæ quidam hiſtoricus, de ſuæ gentis origine ſollicitus, prudens alioqui & circumſpectus, in hoc freto natat? Unde vix ſperare audeam me enatare poſſe, niſi rectæ rationis trabe vel an-

tenna correptâ, & saniorum scriptorum suffragiis, certa-bulis collectis, subnixum, quibus in portum deferar.

Quare licet quæstionem eam intricatam, de primis nempe orbis Arctoi incolis; tenuitatis meæ mihi conscius, meritò defugerem; tamen cum lingvæ Norvegicæ vel Islandicæ origo, huc me vel invitum rapiat, veniam audacia merebitur.

Ut igitur ad rem veniamus: unicam gentium, nempe Asiaticarum, immigrationem, in orbem Arctoum factam, nostræ antiquitates commemorant: Sed eam tamen non primam; verum circa annum tandem XXIIII. ante natum Christum: Romanis exercitibus, auspiciis Pompeji Magni in Asiæ parte, Phrygia minore, grassantibus: illâ enim epochâ ad hanc rem, nostri Chronologi utuntur. Alias inquam gentium infusiones, monumenta nostræ antiquitatis non exprimunt: Interim tamẽ multos Arctoi orbis populos, & incolas, hac Asiaticorũ infusione longè antiquiores fugge runt. Extant enim historica fragmenta, de Noro, Norvegiæ ἐπωνύμῳ & regni conditore; deq; iis, quos hic, antequam Monarchia potiretur, expugnavit Toparchis seu Regulis.

Norus I. Norvegiæ monarcha

Præterea de Nori majoribus aliquot: inter quos pater Porre (quem Thorronem) Gotlandiæ, Finlandiæ, Kuenlandiæ Rex: sui seculi, eximius princeps: à quo mensis veterum Norvegorum & nunc Islandorum, nomẽ habet, Thorre, qui in Calendario Juliano incipit, 10. 11. 12. 13. 14. 15. vel 16. Ianuarii. Habet enim initium mobile pro Calendarii illorũ ratione. Hoc enim mense cum Rex Thorro, Diis suis vitulâ facere consuevisset; Kuenones eidẽ defuncto, ut Deo cuidam, pro felici anno, quem à Brumâ inchoabant, veterũ Lacedæmoniorum more, sacra annua, dicto mense instituebant: eundemq; mensem, à Thorrone, Porre, nuncupabant.

Nori maiores.

pabant; non secus ac Lacedæmonii, defuncto Lycurgo, divinos honores, tribuerunt: extructo in ejus memoriam delubro, ubi pro Deo colebatur; cui insuper familiares anniversaria & conventum instituebant, qui longo tempore permansit; diesq; quibus conventus celebrabatur, Lycurgidas dicebant: de qua re vid. Cragium lib. 3. de Repub. Lacedæm.

Ex Nori quoq; majoribus, commemorantur omnes ad Atavum usq;: qui fuerit Ferniotus, Rex Finlandiæ: Adhæc Fermoti trium Filiorum unus, ac proinde Nori patruus maximus, Logie: quod flammam sonat: qui ab excellentia formæ, dictus est; Halogie id est: excelsa vel excellens flamma. Is provinciæ Halongiensis, Nidrosiensi conterminæ Eponymus fuit.

Extat quoq; de Nori sorore Goë, Thorronis filia, ad quam raptu sublatam furtivo, recuparandam [ut ab Agenore patre, Cadmus filius, ad Europam filiam quærendam] Norus à patre Thorrone missus est: Quod ut felicius succederet, nova Diis sacra, Thorro instituit; mense priorem illum [Thorram postea dictum] proximè secuto; eundemq; mensem à filiæ Goës nomine Goam insignivit: quod mensis nomen similiter moderni retinent Islandi. Meminerunt præterea veteres historiæ Gori, qui Noro frater germanus fuerit: ut adhæc Gori nepotis, Gylvi nomine, in Suecia rerum potientis: in cujus tempora incidit Odinus [aliis Othinus] Asiaticæ immigrationis factæ Anno 24. ante natum Christ; quam modo commemoravimus, ante signanus; Gylvus autem patrem Geiterum, habuit: & Beiterum patruum, Gori filios; A Geitero, portus prope Nidrosiam urbem,

Geitstod:

Hæc

Hæc in tabella exhibere viſum eſt

Fermotus
Rex Finlandiæ.

Hlar
Idem etiam Agier quod alias mare ſignificat. Putatus eſt ut Neptunus alter maris Dominium habere.

Kare
Id eſt ventus, etenim in Divorum numero, poſt fata, ut Æolus quidam præeſſe ventis exiſtimatus eſt

Logie
Flammam denotat. Vulcani loco poſtfata cultus, (atqui in ignem imperium gereret) & à formæ præſtantiâ Halogie *dictus Provinciæ Halogaland, in Norveg. Eponymus.*

Froſte
Aliâs Jøkull. *utrunq; à gelu & frigore.*

Snær.
id eſt nix: cognomento Antiquus, quòd 300. annos vixiſſe perhibeatur. Filium unum, & tres filias reliquit.

Drifa
Nivoſus imber

Þorre
Gotlandiæ Kuenlandiæ & Finlandiæ Rex

Faunn
Significat nivem tempeſtate denſius coactam.

Mioll
Eſt nix rara & ſine vento deſcendens.

Goe
Filia

Nor
Eponymus Norvegiæ & primus Monarcha.
Ab hoc Noro-Haraldus pulchricomus eſt duodecimus in lineâ rectâ deſcendentium quem alii primum Norvegiæ monarcham faciunt: ſed perperam: antiquitatis ignari: cum ſit tertius Monarchiæ Norvegicæ inſtaurator: Nam inter eum & Norum, Hemingus odini filius Monarchiam etiam obtinuit, &c.

Gor.
Beiter Geiter
Gylve
In hujus demum Gylvi tempo Aſianorum dicto immigratio incidi.

Hæc inquam, præter alia multa habitatorum Arctoi orbis Odniariâ imigratione longe antiquiorum, manifesta sunt vestigia: de quorum tamen origine verbum nullum. Quia verò αὐτόχθονας astruere, ut de suis majoribus fecerunt, tum alii, tum verò in primis Græci [majori tamen cum veniâ, quam reliqui Europæi: quippe qui secundum Chaldæos, Ægyptios, Hebræos, præ reliquis populis gloriari de antiquitate meritò possint] ab homine Christiano, librorum Mosis de origunibus, conscio, alienissimum est; Satius profecto esset, majorum originem ignotam fateri, quam τῶν γηγενῶν opinione & errore duci: Ne scilicet quid tale audiremus quod olim quidam Græcis, ob suos αὐτόχθονας tam gloriabundis, acutè exprobravit: Mosen nempe, Legislatorem Hæbræorum, antiquiorem esse Diis Græcorum.

Interim, quia ex solâ ignorantiæ aut dubitationis confessione serius emergit veritas; aliquid in medium adferendum est ad quæstionem propositam: ut scilicet habeat hoc loco Lector πολυίστωρ quod vel confutet, vel confirmet. Igitur quinam & unde primi orbis Arctoi incolæ fuerint: tum quando orbem hunc nostrum incolere cæperint: probabilibus rationibus inquirendum: ut hinc de Lingvæ origine aliqua conjectura exurgat. *Propositio Thematis quod hoc tractatur.* Ut autem hîc sine ambagibus me expediam; censeo primos, Arctoi orbis incolas, ex Gigantum fuisse numero, imò meros Gigantes; homines monticolas, immani, interdumq; monstroso corpore monstrosisq; viribus: eosq; Cananæorum posteros, & relliquias, agro Palæstino, à Josua & Calebo Divinis auspiciis in Palæstinam moventibus expulsorum circa annum Mundi 2500. hancq; orbis plagam ad ea usq; tempora, aut forsan diutius prorsus inhabitatam mansisse. *Primi orbis Arctoi incolæ.*

Magnum fateor, & in hisce oris novum atq; inauditum

Objection: Paradoxon; non uno objectionum ariete oppugnandum: Eorum primò qui Gigantes, aut unquam; aut certè post diluvium: aut post certum aliud aliquod tempus extitisse negabunt: Conanturq; omnia quæ non solùm in prophanis, sed etiam sacris literis, de Gigantibus leguntur, nunc figmẽtorum poëticorum nomine; nunc per allegorias physicas, interdum etiam morales, eludere. Deinde eorum: Qui quamvis extitisse Gigantes fateantur; eosdem tamen hunc orbem nostrum primos incoluisse non protinus largientur.

Objectionum solutio Primi generis sunt, quibus cum D. Augustino res fuit: de civitate Dei, lib. 15. cap. 9. & eosdem secuti: qui homines Giganteæ seu prodigiosæ staturæ, unquam extitisse, obstinatè negabant. Quos non solùm Augustinus ibidem nervosè coarguit: sed ipsæ etiam sacræ literæ manifeste refellunt.
1. Primum quidem simplici & historica assertione: Gen. 6. erant Gigantes super terram. Baruc. 3. ibi sunt Gigantes à seculo. Secundò variis eorundem appellationibus seu nota-
2. tionibus, quæ in sacra lingvâ [si quâ aliâ] à re ipsâ præcipuè peti solent: quas hic idcirco, argumenti loco, ex interpretibus recensere visum est. Nam & inter alia nomina dicti E-
„ mim, ob terrorem, quem aliis aspectu suo incutiebant. Qua-
„ re etiam Latinus vates, suũ Polyphemũ, horrendũ appellat.
„ Monstrum horrendum informe ingens. Dicti quoq;
„ Zamzumim à scelere: quòd freti potentia & scelere, con-
„ temptores fuerint, justi & honesti. Ad hæc Raphaim appel-
„ lati: quod illorũ occursu homines quodammodo examina-
„ rentur: Nam & vox illa interdum mortem denotat. Deniq;
„ Nephilim vocantur, q: oppressores, quod tyrannicè in
„ homines irruerent. Hæc ex interpretibus. Tertia ratio ex sacris petita, est à Gigantum accuratione descriptione: ut pote corporis staturâ, viribus, armis & aliis adjunctis: tum etiam à subjecto loco; ut dicetur. Exploratores terræ Canaã,

ad

ad incolas, Enaquinos seu filios Enakim comparati, locustis similes visi sunt. Num. 13. Goliathis magnitudo. 6. cubitorum & palmi, Lorica 5000. siclorum ponderis: Lancea instar jugi textorii, Mucro seu cuspis hastæ 600 siclorum. 1. Sam. 17. Ogus Gigas, rex Basan, lectum habuit ferreum, longum 9. cubitos: Latum 4. Deut. 3. Tres adhæc Gigantes, à Dauide & suis fusi sunt, præliis diversis: quorum unus monstrosus, in manibus & pedibus senos digitos habens (hi traduntur Goliatho à Davide fundæ jactu prostrato, fratres Germani fuisse) 1. Paralip. 10. 2. Sam. 21. Qui plura de illorum temporum Gigantibus (ante vel post diluvium) scire volet, libros Num: Deut: Josu: Judic. Samuel, Paralip. & alios consulat. Non potest igitur dubium esse, quin prisco seculo verè, extiterint Gigantes: Et ne quis roget ubi? Sacræ literæ iis non solum urbes, sed etiam terram assignant. Cariatarba, vel civitas Arbæ, patris Enaki, vel principis Gigantum fortissimi. Hæc recentiore appellatione Hebron dicta est. Judic. 1. Meminit etiam Berosus Chaldeus prope Libanum fuisse Enochum, urbem maximam Gigantum. Terra porro Ammonitarum, terra Gigantum dicta est. Deut. 2.

Sabellicus.

Vrbes & terra Gigantum.

Ad prophanos scriptores transeo: qui etiam de posterioribus temporibus, testes mihi locupletes. Apud hos de Oreste legitur: cujus corpus oraculi jussu effossum, 7. cubitorum fuerit. Monstrosum est, quod scribit Philostratus in suis Heroicis, visum Gigantis cadaver, 30. cubit: Alterum 22. cubitor. & aliud quodam 12. cubitorum. Quibus adde Plinium, qui cadaveris 42. cubitorum meminit [vel potius, ut alii legunt, 16. cubit.] in monte quodam Cretæ, terræ motu disrupto, reperti: Quod alii Orionis, alii othi fuisse crediderunt. Natur. histor. libr. 7. cap. 16.

Quod si his fidem quis abrogare velit; animadvertat quæso, immutabilem hunc naturæ morem; *ut quo magis seculi cursus præterierit* [ejusdem Plinii verba sunt] *hoc minora corpora producat Natura:* Ac proinde diversa erit nostri seculi cubitus, totiusq; corporis staturæ ratio, ad eam comparata, quæ isto tempore & seculo fuit. Sin autem communis hominum statura, istorum temporum, nostrâ, quæ hodie cernitur, longo intervallo relinquit; quantò magis Gigantea illa magnitudo, & naturæ velut anomalia, etiam suo seculo monstrosa & mira, fidem nostram superabit? quæ tamen idcirco, non protinus ficta & falsa. Censeo igitur Orionis aut alterius cujusvis Gigantis cadaver, post multa secula 20. aut 30. cubitorum depræhensum, sui seculi, in quo illi vixerunt, non tot cubitus habuisse. Contraq; Goliathis cadaver, si post aliquot annorum centurias visum esset, plures quam 6. cubitus longum visendum fuisse.

Hunc naturæ morem, hunc cursum, hanc diminutionem, & ut ita loquar, decrescentiam, omnes cordati agnoscunt; non in humano solû; sed etiam reliquo animantum genere: ita ut attestante ipsâ rerum experientia, non dubitem Plinii locum ad reliqua viventia extendere. Sed quia de hominibus tantum nobis sermo est, ejusdem experientiæ naturalis exemplum afferam ex 12. Æneid: Quantum nempe à Turni & Æneæ temporibus ad Virgilii ætatem, id est, annorum circiter, 1205. spacio, naturæ humanæ modo & mensura decesserit. Loquitur enim Poëta de Saxo, à Turno in Æneam vibrato.

Ille caput quassans &c. Saxum circumspicit ingens;
Saxum antiquum, ingens: campo qui fortè jacebat
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis:
Vix illud lecti bis sex, cervice subirent,

Qua-

Qualia nunc hominum producit corpora tellus:
Ille manu raptum trepidâ, torquebat in hostem.

Id discrimen & degradationem Naturæ, in diversis ætatibus 1. Georgic. idem vates innuit.

Grandiaq; [prioris ætatis] effossis
mirabitur [posterior ætas] ossa, sepulchris.

Dabitur hujus rei recentius exemplum; ex D. Augustino, de civitate Dei. lib. *15.* cap. *9.* Qui se in littore Uticensi vidisse ait dentem molarem, adeò magnum, ut ad formam & modum dentium nostræ ætatis fuerit centuplus. Addam & illud ex Apocryphis Esdræ: Et nunc minora esse hominum corpora [quam olim] & deinceps etiam minuenda; propterea quòd natura semper effœta reddatur: quæ Plinii verba paululum immutata fuerunt; In quam etiam sententiam, D. Cyprianum scripsisse tradunt, adversus Demetrianum; id quod de toto genere intelligendum est; non de uno aut altero exemplo, quod in utravis ætate, forsan contrarium referri possit. Quod si cui ista ex Poëtis aut prophanis autoribus nimis hyperbolica videantur: cum eo nolim præcisè contendere; dummodo id obtineam, majorem speciem veri, omnibus vel plærisq; subesse.

Urgent porrò quidam, si diis placet, satis physicè. Gigantes non potuisse existere, nisi etiam primum & secundum hominem (Adamum & Noachum intelligo) cum filiis, Gigantes fuisse largiamur: Eò, quòd inquiunt, Simile generatur à simili. Quin ad illud etiam Berosi autoritate uti dicuntur. Quamvis autem hic non descendo in disputationem, de progenitoribus Gigantum; quòd ea hujus loci non sit; dummodo extitisse constet: tamen hic Augustini responsum experientiâ comprobatum referre non pigebit: Romæ videlicet, paulò ante Gothicá eversionem, fuisse mulierem Giganteæ molis, ad quam visendam ex diversis orbis

Nova objectio.

Solutio.

partibus plurimi confluxerint: quæ tamen parentes habuerit, communem usitatamq; hominum staturam, nequaquàm excedentes. Et sanè cur magis mirum, ex communis staturæ parentibus nasci Gigantes, quam pumiliones? Qualem in deliciis Juliæ, Augusti neptis, fuisse quendā longum duos pedes & palmum, Conopam nomine, Plinius autor. Et quosdam binum cubitorum fuisse refert M. Varro: & se in loculis asservatos vidisse, Plinius testatur. Cujusmodi etiam unum, cubiti mensuram non excedentem; in psitaci cauca clausum, perfectæ ætatis virum, vidisse se Cardanus profitetur, de subtil. lib. 11. Ad axioma verò physicum quod attinet; videntur Gigantes non tam qualitate quàm quantitate, à reliquo hominum genere differre: id quod ipse sensus communis dictat. Ideoq; si qui aliter statuarint, cum iis, ut cum sensus communis expertibus, non contendendam existimamus.

Quod ad Berosi autoritatem; fide alioqui dignissimi scriptoris (nisi suppositititius Berosus est, ille annii) si ipse Adamū & Noachum cum liberis, Gigantes fuisse, tradit; cum id sacris literis adversari videatur recipere non possumus: [Nam si Adamus gigas fuisset; non esset in posteris quibusdam ut novum annotatum: *Et erant Gigantes super terram*: similiterq; de Gigantibus Noachi tempora secutis] neq; isto moveri, quin Gigantes vere extitisse dicamus: quamvis id de neutro generis nostri parente largiamur.

Hic porrò quidam instant, ex loco Josu. 14. Adamum fuisse Gigantem contendentes. Adam maximus inter Enachim ibi [in Hebro] situs est. Sed hîc ex plurimis circumstantiis, necessario manifestum est, Nomen Adam, appellativè vertendum fuisse. Id quod recentior versio habet: Nomen Hebron, antea fuit Cariath Arba [civitas Arbæ] qui Arba, Homo magnus inter Enacim fuit. Nec hoc

hoc Lutheri ſpiritum fefellit: vid. ipſius verſionem Germanicam. Quod ſi ſeptuaginta legas, nihil hîc de primo Adamo concluſeris.

Τὸ δὲ ὄνομα χεβρὼν, τὸ πρότερον πόλις Αρβαί, μητρόπολις τῶν Ενακίμ αὕτη.

Sed & eos ad problematis noſtri fundamentum confingendum paratos video: qui quamvis ante & poſt diluvium fuiſſe Gigantes concedant: Negant tamen poſt certa tempora; nempe poſt Ogum Regem Baſan, nullos fuiſſe in terrarum orbe reliquos Gigantes contendunt. Eó quód in Deuter. legatur: cap. 3. Solus quippe Og, rex Baſan remanſerat, vel reliquus erat de ſtirpe Gigantum. Ideoq; quod de poſteriorum temporum Gigantibus affertur, conſtanter negare audent. Nos vero illis aſſentimur, qui negant, verba iſta textus, abſolute & ſimpliciter intelligenda eſſe: ſed per ſynecdochen: Solus Og reliquus erat de ſtirpe Gigantum, ſcilicet in illis locis, circa Jordanem: Aut forſan ſolus Regum, ſtirpe Gigantea ſatorum in iſtis locis. Interim ex vulgo poterant aliqui reliqui fuiſſe.

Alia objecti.

Solutio.

Deinde Ogum Moſes divicit, Anno mundi 2492. ex ſupputatione doctiſſimi Cythræi: mortuusq; eſt, anno ſequente. Aſt poſt mortem Joſuæ, Anno mundi 2511. pugnante in ducatu Hebræorum, Juda, Joſuæ ſucceſſore, hoſtes ingenti ſtaturâ oppreſſi ſunt, ad urbem Hebron, ait Sabellicus: & atteſtatur ſacra hiſtoria; Judic. 1. percuſſiſſe Judam, Haiman, Seſai, Tholomai; qui Num. 13. appellantur filii Enachim; ideoq; de ſtirpe Gigantum fuerunt; & nihilominus Ogo rege, tempore poſteriores. Quin etiam, ut Iſraelitæ ſuis, ita etiam Madianitæ ſuis finibus, Gigantes expulerunt. Tum quoq; Goliathes, cum tribus fratribus, quanto intervallo Ogum Gigantem ſecuti ſint, non poteſt niſi temporum & hiſtoriarum ignaro, non liquere.

Ad-

Adhæc si Hieronymi versione standum esset? facilis foret responsio: Vertit autem, restitit; quod alii, remansit. Si restitit vertendum; solum Ogum restitisse, id est, rebellasse & non fugisse, intelligere possemus. Sed quia septuaginta, κατελείφθη, verterunt: ego Hieronymi textum argumenti loco non assumam.

Quin potius, de gigantibus recentiore memoriâ existentibus, etiam ista superioribus addam. Primum de Gabbara (Arabs fuit) Claudii Cæsaris ætate, id est, circa annum Christi 43. Plinius tradit, fuisse novem pedum & totidem unciarum, id est, septem brachiorum, ligneorum, cum ¾ & $\frac{1}{18}$ ait Cardanus. Fuere item (ait Plinius) sub D. Augusto, semipede addito (scilicet ad Gabbaræ staturam, id est, qui Gabbaram semipede excederent) quorum corpora, ejus miraculi gratia in conditorio Salnustranorum asservabantur hortorum: Pusioni & Secundillæ erant nomina. Ajacis Telamonii magnitudinem, ex Pausaniæ testimonio, majorem adhuc fuisse Cardanus raciocinatur, lib. 11. Subtil. Hylli verò ossa, qui Herculi contemporaneus, Adriani tempore detecta, id est, circa annum Christ: 118. non hominis visa esse testatur, sed belluæ. Sed imposuitne huic dubitationi finem Gigantum insula, in novo orbe, quem vocant, reperta? Manifestum itaq; ex his evadit, etiam post Ogi tempora extitisse in orbe terrarum Gigantes.

Gigantes cur extiterint. Cur autem permiserit Deus Gigantes nasci, quamvis ad nostrum thema vix attinet dicere: tamen quia curiosus, objectator [ut sic loquar] quærere possit, causam ex Augustino primum reddemus: libro superius citato, cap. 23. Præsertim quia etiam hinc concluditur, verè extitisse Gigantes. Voluit autem Deus existere Gigantes, inquit August.
» ut testatum relinqueretur, tam pulchritudinem corporum,
» quam staturæ magnitudinem, viresq; carnis, non esse in bo-

nis

nis præcipuis habenda; cum non minus impiis quàm piis "
contingant. Gigantes enim immani ſtatura nihil ad ſalu- "
tem adjutos, probat ex lib. Baruc. 3. cap. Ibi ſunt Gigantes à "
ſeculo, viri famoſi, bellorum periti: non hos elegit Dominus, "
neq; illis viam ſcientiæ dedit: Sed interierunt, quia non "
habuerunt ſapientiam. Alteram cauſam ſpecialiorem aſſi- "
gnat liber Judicum cap. 2. Quare ſcilicet Dominus non à "
ſtirpe exciderit iſtos Eccleſiæ Dei hoſtes: Ego, inquit De- "
us, non delebo gentes (Cananæas) quas dimiſit Joſua; Ut "
in ipſis experiar Iſraelem. Et cap. 3. Hæ ſunt generationes, "
quas reliquas fecit Dominus, ut in eis erudiret Iſraelem & "
omnes qui non noverunt bella Cananæorum; Quinq; "
ſatrapas Philiſtæorum, omnemq; Cananæum &c. Ex
quibus Gigantes poſteriorum temporum productos aſſeri-
mus.

Secunda pars Thematis.

Cum itaq; ex dictis conſtet; extitiſſe ſine dubio, priſcis temporibus Gigantes: At alteram quæſtionis partem me confero: An hi noſtras etiam oras primi, & quo ingreſſu, incoluerint? Ajo ſanè, primos Arctoi orbis incolas fuiſſe Gigantes: cujusmodi à rebus geſtis arguuntur. Ita enim Saxo Grammaticus in præfatione ſuæ Daniæ argumentatur. Danicam verò regionem, inquit, Giganteo quondam "
cultu exercitum eximiæ magnitudinis ſaxa, veterum buſtis "
ac ſpecubus affixa teſtantur. Quod ſi quis vi monſtroſa pa- "
tratum ambigat; quorundam montium excelſa ſuſpiciat, "
dicatq; ſi callet quis eorũ verticibus, cautes tantæ grandita- "
tis invexerit? Inopinabile namq; quivis miraculi hujus "
æſtimator advertet, ut molem ſuper plano minimè aut dif- "
ficilè mobilem, in tantum montanæ ſublimitatis apicem, "
ſimplex mortalitatis labor, aut uſitatus humani roboris conatus extulerit. Hæc Saxo: qui nobis de Daniæ, hoc eſt, Patriæ ſuæ primis incolis, ſufficiens autor fuerit. Sic de

 Norve-

Norvegia & Suecia & terris vicinis, ut quicquid antiquissimum; ita Giganteam indolem & naturam maximè refert: cujus rei exempla ex historiis peti debent, hîc tædiosa futura. Nam ut antiqua omittam: illa nota sunt recenti memoria gesta: De Doffrone Gigante, montis Norvegiæ, Doffræ fiall, incolâ; Haraldi Pulcricomi Norvegiæ Regis, nutritio. De Dunnbone item Doffronis Synchrono: à quo sinus Boddicus vel Bothnicus, olim Dumbshaft, dictus est: qui Naumachia solus, cum 18. Gigantibus confligens, prius ex iis 12. Orco tradidit, quam ipse occumberet. De triginta simul Gigantibus, à Dumbonis relictis filiis, incendio delectis, ad patris necem vindicandam. Recentius adhuc est, de Gigantibus aliquot Norvegiæ, auspiciis Olai Tryggonis Norvegiæ Regis deletis, circa annũ C. 995. Recentissimum verò, Anno 1338 Magno Erici filio Norvegiæ Rege, Gigantem 15. cubitorum à quatuor viris occisum esse: ut in annalibus reperitur. Adde quòd provincia quædam Norvegiæ seu Finnmauchiæ Contermina, Risaland/id est, Gigantum terra [nam en Rise & Rese Gigantem significat) antiquitus dicta est: à qua non longe abest Jøtum heimar/id est, Gigantum habitatio (unde etiamnum en Iæt. Gigas dicitur) ut nihil hîc dicam de Jøtumland: quo nomine nostratibus dicebatur olim, quæ hodie vocatur Jijts land: & complúribus etiam Cimbrorum terra seu Chersonæsus: eo quoq; nomine facto à Kemper, id est Gigantibus pugnantibus: De Nephilheimar & Karnephil, alibi & ab aliis fortasse dicendum est, sicut etiam de Gotthis & Gettis (fortè q. Jættis) aliisq; similibus. Quin etiam in Islandiam, Gigantum pervenere reliquiæ: quorum nomina, habitationes, facinora, satis nota & ante oculos. Gigantes igitur cum hunc orbem nostrum primi incoluerint; quæritur quando; aut unde advenerint?

Orbis Arctous quando habitari captus. Videre est autem plærosq; scriptorum hanc quæstionem, ut scopulum quendam declinare: Aut ad eundem, quod superius dictum, navim allidere, Philippus Melanthon faculam aliquam hic præferre

visus est, dicendo: Cum primorum hominum sedes in oriente fuerit, consentaneum est, inde versus occidentem progressos esse posteros; nec natos esse in scopulis nostri maris, ut quidam inepte fabulantur. De eo autem progressu; quando aut qualis qualis non satis aperte Melanthon. Illud igitur est; quod quæritur. Lib. 3. Chrono. " " "

Statuo itaq; ante diluvium, immò ad annum usq; mundi 2500. [ut supra positum est] aut eo diutius hanc orbis partem inhabitatam, incultamq; mansisse. Ad quā rem magni mihi authores; quos producam. Gilb. Genebard: Chronol. " lib. 1. Prima ætas inquit, [à creatione mundi, ad diluvium] vi " detur transacta intra mundi mediterranea, nec verò ad fines " Asiæ, Affricæ, Europæ pervenisse Bodinus aut Mosen univer si mundi historiam scripsisse [intelligit habitati] ad annum mundi 2450 Et iterum Genebardus. Ut fuere generis humani primordia in Armenia, Mesopotamia, Chaldæa, Syria: Ibidem pag 11. Ibiq; ante diluvium homines duntaxat incoluere: Ita aliæ regio nes ipsæ, post diluviū sunt primum habitatæ. Item adhuc Ibidem pag Genebardus. Anteter mille annos [scribit autē Anno Christ: 35. 1579] tota fere Europa vacua erat, id est circa annum mundi, 2541. id quod de orbe Arctoo maxime, si de reliqua Europâ, intelligendum. Sed ferè, dixit: non penitus: ut gentium migrationes, post annum M. 2500. mox fieri incipientes, non tolleret. Tempus igitur quo Europa hæc ulterior habitari cæpta sit, non ad annum mundi. 2500.. astringimus: Sed motum illum quo gentes [& in his Gigantes Chananæi] locis & sedibus suis ejectæ sunt, & novas etiā in Europa, sedes quærere coactæ in hunc annū incidisse dicimus; sicut initio à nobis propositum est. Europam verò etiā hinc suos incolas accepisse, ex antiquis autor mihi Procopius, ex Cæsar a Palæstinæ scriptor oriundus, Justiniani rerum gestarum collector, circa annum Dom. 530. Qui ad hoc idem probandū, varios historiæ Phænicum assumit scriptores. Verba Procopii hæc sunt; lib. 4. de bello Vandalico: à D. Cythræo, non uno loco citata: ex quibus, inter alia meam opinionem colligo.

„ Hebræi, inquit, Procopius poſtquam ex Ægypto reverte-
„ runt, atq; in Palæſtinæ finibus conſtiterunt, Moſes qui eos
„ in itinere ducebat, moritur: Cui Jeſus Nave filius ſucceſſit,
„ qui & in Palæſtinam populum introduxit, ac virtutem ſu-
„ pra hominis naturam longè oſtendens, regionem obtinuit;
„ unde gentes evertens, multas civitates facile ſuperavit, o-
„ mnibus inexpugnabilis viſus. Tunc igitur univerſa regio
„ maritima, à Sidone usq; in Ægypti fines, Phænicia appella-
„ ta eſt: quibus unus jam dudum imperitabat; uti omnes te-
„ ſtantur, qui antiquam Phænicum ſcripſere hiſtoriam; Hic
„ populi numeroſi habitavere: Gergeſæi, Jebuſæi, aliique
„ habentes nomina, in Ebræis voluminibus memorata. Qui
„ cum inexpugnabilem conſpicerent advenarum exercitum,
„ patrios fines deſerentes, in Ægyptum vicinam migrarunt,
„ ibiq; numero ac ſobole creſcentes, cum non ſatis commo-
„ dum tantæ multitudini locum, inveniſſent, in Affricam pe-
„ netravere. Ubi civitates quam plurimas habitantes, om-
„ nem eum tractum, usq; ad Herculis columnas tenuerunt,
Semiphænicia lingva & dialecto utentes, oppidumq; Tin-
gen, ſitu munitiſſimum in Numidia ædificarunt: Ubi duæ
ex lapide albo columnæ, prope magnum fontem conſtitu-
tæ, in quibus Phænicum lingvâ literæ inciſæ ſunt ejusmodi.

Nos ſumus Cananæi, quos fugavit Ieſus Latro.
Ioſua, Hebraice, ſiquidem Ieſus.

Chronlo: lib. 1. pag. 34. Hæc Procopius; In quam ſententiam etiam Hebræo-
rum hiſtorici à Genebardo citantur: Joſua Cananæos, in-
quit, partim depulit; partim interfecit. Horum relliquiæ
„ traduntur migraſſe in Germaniam, Sclavoniam & regiones
„ vicinas &c. In ſeder Olam &c. Item: Et certè illâ ætate,
„ totum occidentem fuiſſe vacuum; paulatim verò in ejus
„ regiones veniſſe orientales populos, apparet ex crebris in-
„ fuſionibus. Hæc Genebardus. Et Bodinus, Method: Inſt:
cap.

cap. 9. Cananæi ex agro Palæstino, ab Hebræis ejecti, in Illyricum & Pannoniam migrarunt [iis scilicet migrationibus, quas ex Procopii loco superius adducto, intelligimus.] ut Rabbi David Kimhi ad finem Abdiæ testatur.

Hinc adnotandum censui, Cananæos in Africâ etiam Augustini tempore vixisse & nomen suum gentile retinuisse: Is enim in libr. exposit. in Epistol. ad Roman. scribit Rusticos Afros, Hipponæ vicinos si interrogarentur, qui essent; Punicè respondisse: *Canaani &c.*

Quare ut eodem modo concludamus, quo exorsi sumus; Absq; dubio statuimus, Cananæos sese in Europam usq; effudisse: atq; ex ea infusione ortos nostros Gigantes, nostri orbis primos incolas: ut jam minus mirum sit, literam p. Thau Hebræorũ correspondentem, aliaq; Hebrææ linguæ vestigia, ut voces integras, quas quidem non coactè, ex Hebræis fontibus eruunt, in Lingua nostrâ veteri relicta esse.

Interim tamen non dissimulandum, etiam alias gentes successu temporis, in has se oras intulisse; ut circa annum mundi. 3938. seu ante natum Christ. 24. de Asianorum infusione, Odino duce factâ & superius memorata, constat: Quâ tamen alia aliqua, sive Asiaticarum, sive aliarum gentium, immigratio, forsan prior fuerit: Bellum fortasse Trojanum secuta: Post annum Mundi. 2772. (Nam ut est in nostris antiquitatibus: comperit in Arctoam hanc plagam adveniens Odinus, celebrem vigere apud nostrates, veterum Trojanorum, memoriam:) Quòd tamen pro certo affirmare non habeo.

Næ tu, inquies, bellus es disputator; Cananæorum posteros faciens Europæos; quos consentiens Antiquitas Japeti genus & posteros fecit? *Nova objectio.*

Ego verò, quisquis es, mi Lector, Europæi moderni, unde

unde genus duxerint, non quæro, nec dico: Sed quinam Europam hanc ulteriorem & orbem Arctoum primi incoluerint? Nempe Gigantes Cananæorum Gentibus oriundi. Eos huc, ut ad loca montosa & magis horrida, naturæ quodam impulsu delatos censemus; ubi corpora robustiora gignerentur: Ex qua naturæ inclinatione, Græcus vates
Iliad: a. suum Gigantem, φῆρσιν ὀρεσκῴοισιν, monticolam vel montanum, appellat & fingit. Et Gigantes quos nostræ antiquitates in Arctoa plaga plurimos commemorant, omnes fere monticolæ fuerunt. Iam quin etiam humaniores aliquot populi & ipsis Gigantibus numerosiores, has oras subinde intrarint & nostrum orbem coloniis impleverint, non negamus: Imò affirmavimus modò: De Odino & reliquis Asiaticis: qui in Suecia subsistens; sedes posuit in Sigthiur: ubi civitatis quoddam simulachrum formare visus est, ad morem veterum Trojanorum [quorum nomen celebre vigere comperit, ut diximus] Non secus ac olim Cadmus in Beotiam veniens, novas Tebas, in Ægyptiacarum Teba-
Sabelli. an. 1. lib. 3. rum memoriâ condidisse legitur. Odinus iste, omnes veteres, incolas Magiæ excellentiâ in sui admiratione rapiens, post fata cæpit in Deorum numero coli: Cum prius adhuc superstes, inter alias terras septemtrionaliores, etiam Norvegiá, inter Nori posteros, sublata monarchia, distributá, subegisset: Eamq; filio Sæmingoo, seu Hemingo. addixisset. Ab hoc Odino, posteriores Norvegi & vicinarum Gentium reges aliquot, genus avebant ducere: [cum tamen etiam ab ipso Noro ducerent] utpote ipse Pulcricomus; post Norum & istum Hemingium, primus, hoc est, tertius, Monar-
circa an. Dom. 996. chiæ Norvegicæ restaurator, suam ab Odino usq; Genealogiam per multos retrò atavos, contexi, & à Rythmista sibi familiari, Theodolpho Frodo, carmine vernaculo celebrari curavit. Rythmos istos Inglingatal vocabant: quòd

ab

ab Ingone (cujus posteri Inglingar) Odini f: initium sumeret. Idem, fecit Haquinus Cogn. Dives suos majores ab Hemingo illo Odini f: numerans, Evindi Scalldpilleri opera, insignis Rythmistæ, qui Rythmi dicti haleygiatall. Eò quòd ipsius majores Halogiensem provinciam possedissent. *Obiit circa annum D. 990.*

His & forsan (ut dixi) aliis populis, ante Odinianam immigrationem accedentibus, procedente sæculo, genus illud Gigantum, Deo sic providente, extinctum ac velut à stirpe excisum tandem esse, optimo harum regionum fato, experti sumus.

Interim si qui hodie sint, qui majores, & genus suum, inde à Gigantibus usq; numerent: Id quod Genebardus, Germanis opprobrio vertit (Cananæorum propaginem appellans: lib. 1. Chronol.) odio magis religionis Germanorum, quam imperitiâ; Eosdem inquam, si qui etiam sint in his nostris oris, bono nihilominus esse animo; jubemus: cumq; Apostolo meminisse; Quod in Christ. non sit Judæus neq; Græcus, neq; Barbarus, sed nova creatura. Unde Mar. Borrhaus nervosè in Genesin. In Semo igitur & Iapeto; multos quos Deus oderit, invenias; & in Chamo, quos amet; ut verum sit illud Esaiæ 19. Benedictus populus meus Ægyptus: & opus manuum mearum. Assur (posteritas Chami) & hæ- "
reditas mea Israël. Quocirca, in Quacunq; gente, qui timet "
Dominum, is acceptus est illi. Secus vero disputantes; aut "
malitiam produnt: aut inertem ignorantiam; Quòd sacras literas ne à primo quidem ut dicitur limine, salutarint; &c.

Sed vide quò me Lingvæ Norvegicæ origo abripuerit; de qua cum esset principalis quæstio; hæc de gentis origine, necessario movenda erant. Itaq; ut ex dictis constat; in Norvegia veteri, duas quasi gentes cernimus: [ut reliquas taceam; de quibus incerti sumus.] Alteram sanè Odino longè

longè antiquiorem: Alteram hoc Duce eodem translatam. Cæterum antiquior illa an eam habuerit lingvam, quæ postea Norvegica dicta est; an verò ex immigratione Asianorum, eorundemq; lingvæ, cum veteri illa mistione nata sit lingva Norvegica non satis dicere habeo. Quanquam in hanc posteriorem partem facilius declinavero: aliarum gentium exemplo id edoctus. Plærumque enim ex gentium confusione, lingvarum confusionem sequi videmus: Quod de Anglorum in Britanniam & Saxonum in Belgicam, deductis à Carolo Magno coloniis; itemq; Gallorum in Saxoniam; Bodinus affirmat, Lingvarum scilicet varietatem peperisse: Et Tuscorum colonias ex Italiâ pulsas, Gallorumq; qui in Germaniam desertam migrarunt, tertium loquendi genus, ab utrisq; diversum conflavisse. Quod igitur literam Hebræam, potestate, si non figura; quod voces multas Hebræos fontes sapientes, habeat lingva Norvegica; id primis incolis debebitur: Quod verò Germani veteres, quod Angli aut aliæ nationes, sua quædam in eâdem lingva agnoscant: id recentiori populorum infusioni, sive uni, de qua constat; sive pluribus; acceptum referatur. Nec enim subitò, sed pedetentim has terras intravit Odinus, in Germania prius, & vicinis terris subsistens. Ex qua mixtione, si nata est lingva Norvegica; bene antiqua sit oportet, hæc dialectus, reliquorum populorum respectu; quibus lingva subinde brevissimis spaciis mutata est: Cum de nulla gentium infusione, post Odinum, in Norvegiam, constet. Sed quicquid tamen statuatur in hac Norvegica seu Islandica, vestigia antiquæ lingvæ Gothicæ, forte an Jøtice vel Jötice, id est, Gigantææ maxime esse adhuc reliqua, certissimum est.

CAPUT

CAPUT. VI.
DE MORIBUS SEU COMMUNI vivendi ratione.

SEd de lingva ex nostro instituto satis: Mores & reliquam vivendi rationem requiris? Possem uno verbo, ex veterum Norvegorũ moribus respondere. Sed propius attingam & quædam de gentium moribus altius repetendo, cum nostris conferam &c. Tota sane vivendi consvetudo veterum Islandorum ad summam videtur fragilitatem comparata: In qua primùm habitationes 1
seu ædificia; Deinde victus & vestitus ratio: tum reliqua 2
vitæ communis exercitia, brevissimè attingenda. 3

Nam primum quod ad habitationes attinet; primam & antiquissimam habitandi rationem, secuti sunt Islandi: Nempe non per urbes & oppida; sed quod de sui temporis Germanis ait Tacitus; colebant discreti, ut campus, ut fons ut nemus; ut collis aut vallis, littus vel sinus maris placuit: Non solum primævi mundi exemplum hic imitati; sed etiam ætatis posterioris: ut Attica per pagos; Laconica initio, ut tradunt, sparsim, hinc, illinc, habitabatur: non conjunctim aut per urbes: Et ut Taciti tempore, circa ann. Christ. 120 nec cæmentorum: nec tegularum apud Germanos usus; [unde quivis, de orbe magis Arctoo judicium faciat] itaneq; postea apud Islandos; sed domus suas ligno & cespite construebant, opere quidem nec momentaneo, nec in speciem deformi, parietes alâs solo cespite, aliâs saxo rudi, cespite pro cæmento adhibito fiebant: quos postea interius, opere coassato, ut & contignationem ipsam, convestiebant; præcipuè in notabilioribus ædificiis. Atq; sic tectũ cum parietibus ante maturum senium, gramini viridi exterius quotannis enascente (cespitem namq; vivum in tecto

& parietibus intellige) conspiciendum erat. In tecto fenestræ fiebant, rarò in pariete, & tecta quædam minus ardua; cujusmodi fuisse fertur apud orientales tectorum constitutio. Ligna incolis suppetebant, ad littus maris undarum alluvione ejecta; mirando procurationis Divinæ testimonio: cum sylvæ domesticæ betulæ, tantum, uti existimo, feraces, vastis ædificiis non sufficerent: quæ tamen etiam magno fuère subsidio; cum his quæ incolæ, quoties volebant, ex viciná Norvegiâ & fortasse etiam Grönlandiâ petebant: Utroq; enim navigationes annuas longo tempore Islandi habuère. Villarum itaq; domus, in suo fundo quilibet, contiguas ferè habebat: præter armentorum stabula, aliquanto intervallo ab ipsis Penatibus plærunq; sita: Item ignaria quædam non prorsus contigua, ad ignis periculum vitandum: fortasse etiam penuaria quædam, quæ solitaria; auram & siccantes ventos melius inbiberent.

Vid. Gualther: de Paralytico per lectum demisso. Ligna Islandis unde;

Focus

Focos alebant alii sylvis domesticis: alii cespite bituminoso [ut mihi quidem videtur H. Junius apposité vocare] cujus apud nos duo genera: unum molle & fungosum, sub ipsa terræ superficie nascens; nobis Suorður etc. Alterum densius, eoq; gravius: quod forsan glebam fossilem ex eodẽ Junio rite dixerimus: eò quód terra alte defossã, ex fodinis profundis eruatur. Utrumq; autem cæspitis genus [hoc veró multo magis] sole & vento coquatur prius oportet, quam ad urendum idoneum fiat: Hoc posterius nobis; ut & Germanis quibusdam; Torff: cujus inventor perhibetur in Orcadibus Dux quidam Orcadensis; Ejnarus Raugnvaldi Ducis Norvegici de Mære, filius; tempore Pulcriomi Norveg: Regis, qui idcircó Torffeinarus, dictus est. Habuit ille fratrem Rolfuonem, quem Crantzius Rollonem, qui partẽ Galliarum Normanniam postea à Normannis, seu Norvegis, dictam, occupabat, cujus mentio erit lib. II. Sunt autem & alia foci & ignis Islandorum nutrimenta; sed minus vulgaria &c. Quanquam igitur judicarit Plinius miseras gen-

Torfeinarus.

tes, quæ terram suam urerent; Nos contra, eò nos feliciores ducimus: Deiq; beneficium hîc & alibi agnoscimus, quibus fomes ignarius & cremandi materia non magno constet; Quâ re ad frigoris intemperié arcendá, præter alios usus satis notos, incolæ summè indigebant: præsertim hyemalibus temporibus, quibus hypocausta & fornaces in usu, saxo & petris congestæ, per quas flamma facile erumperet. Quæ quàm primú ignis vi penitus essent excalfactæ, cumq; jam defumasset hypocaustum, frigida camini saxis candentibus aspergebatur: quo pacto calor sese per universá domum efficaciter diffundere solet: qui sic etiam pariete & tecto cæspititio optimè conservatur Memini auté me, balnea publica excalfaciendi, similé rationé apud extraneos alicubi observare Præter hypocausta auté, domus alias, aliis usibus deputatas habebant: ut cubile, cænaculum & alias complures &c.

Fuitq; hæc communis ædificandi ratio & modus ad frugalitatem non ostentationé & oculorú delicias comparatus, & nescio, quid cum lauditissima Spartanorum consvetudine, commune habens: quorum institutum refertur; ut Domus non nisi serrâ & securi extruerentur &c. Quod si quis tecta & parietes cæspititios, Islandis, ut vile quiddá & contemptibile & nihil antiqui referentes objiciat, aut, ut fieri solet, etiá exprobret: is Flavium Vopiscum legat, de tribunali seu suggesto cæspititio: itéq; de centú uno loco aris cæspititiis, Cæsaré Sin auté foro, immò etiá sacris non indigni antiquis visi cæspites, neq; sanè nos eorundé merito pudere; aut debet, aut potest. Sed ne videantur Islandi merâ inopiâ aut etiá inscitiâ, rudibus ædificiis & paupere tecto usi; Domus quasdá commemorare possum, CXXVI. pedum longitudine; quasdam CXXXV. ut supra de Ingulfi ædificiis retulimus; quasdam autem CXX pedum longitudine & LX. latitudine De quibus postea. Quasdam etiam, quarú laquearia contignatio & parietum investituræ ligneæ, arte sculptæ, vetustas *Domuum quarundá amplitudo & sculptura.*

rerum gestarum historias retulerint. Habitationes itaq; suas, in hunc modum extructas, spaciis quibusdam campi fertilioribus, ad culturam destinatis includebant: quæ spacia deinde, aggere congesto, ad armenta arcenda, indefesso labore cingebant. Pascua adhæc satis vasta, cuilibet fundo assignata sunt, certis limitibus seu clausuris, de quib. cap. 8. alia ab aliis destincta. Fundus autem seu habitatio quælibet, à primis conditoribus, nomen plærumq; accepit: interdum etiam aliunde: sic montes, flumina; ut superius monitũ: ut etiam hac ratione primos incolas & ἐπωνύμους, ipsa loca, vel solis nominibus apud omnem posteritatem loquerentur.

Fundorum limites.

2. *Agricultura ratio & victualia.*

Ab ædificiis ad agri & terræ culturam ac victualia procedo; quæ primis incolis aliqua ex parte bene successit, ad fruges indidem comparandas: Sed nescio an æquè ubiq;. Interim tamen Hiörleifus ille supra commemoratus, servos agriculturâ exercuit: & Gunnerus quidam de Lidarendâ, sementem faciens, ab inimico gena vulneratur: & similiter Höschulldus Huitarnesgodé, faciendo semente occupatus, occiditur: &c. Hinc ab agris quorundam locorum nomina propria. Hinc lex de frumento post messem congerendo, vehendo; (ubi de servitutibus quas prædiales jureconsulti vocant.) Quæ omnia aperta sunt apud primos Islandos, agriculturæ vestigia: Quod etiam in hunc ferè diem à nonnullis meredionalis Islandiæ colonis tentatum audio: sed solo & cœlo à primâ illâ bonitate post tot secula minus respondentibus cum fœnore: Fortassè etiam agricolarum cura, minus solers, in causa est; postquam frumentum adventitium magis in usu esse cæpit.

Et quia agricultura illa ad fruges & farra initio, aut non omnibus usitata, aut minus frugifera visa est; mox peculiaris agri colendi ratio, nata est: Quâ campos seu spacia illa,

quæ

quæ ipsos includere dicebam suo abitu; fimo stercorabant, præsertim bubulo; ad fœni præstantissimi sectionem: quo armenta; ac in primis vaccas, uberioris lactis gratiâ, commodissimè pascerent. Quæ quidem agricultura etiamnum retinetur: & solam fere colonis mediterraneis magis exercetur: cum maritimi ex piscatione magis vivant: quo etiam remotiores illi sive mediterranei famulos quotannis piscatum ablegant. Utrumq; igitur æquor, solum dico & salum, ad vitæ subsidia, Islandis suo quodam modo arandum fuit. Quibus præterea victualium loco abunde suppetebant, oves, boves, sues, hœdi: tum pisces varii generis, præter marinos: ex fluminibus, lacubus, ac rivis passim obviis: Unde tanquam è nassa quadam petere licuit: præcipue isto seculo: adhæc lac, & lacticinia cum butyri ex armentorum grege perquàm grata copia. Præterea aves magno numero: alias cicures; ut gallinæ & anseres domestici aut alterius generis volucres sub dio agentes; etiam in montanis locis solivagæ; quas possessores in pedibus signabant, ut suam quilibet facilius repeteret: Alias quidem non cicures; quas certis dolis capiebant: ut anseres & anates pratenses, perdices, cygni: & marinæ quàm plurimæ, quarum nomina nec teneo, nec proprietates. Utriusq; autem generis aves, cicures & non cicures, aut ova, aut seipsas: aut utrumq; in hominum usus exhibebant. *Victualium copia.*

Præter potum nativum seu serum lactis expressum [cujus hic tanto melioris copia, quanto lac præstantius: adeo ut decunx aquæ, cum uncia seri mistus, saporem penitus non obtundat; quin serum magis quam aquam sapiat) etiam polentam coquebant, favo mellis aut aqua mulsa, interdum adhibitis: Interdum etiam liquore ex buccis quibusdam hic nascentibus. Sed & cereales liquores ab exteris importabant, veteres Islandi, ut, & farra & res alias: *Potus*

ſiquidem propriis navigiis inſtructi erant; quibus pro lubito, Daniam, Norveg: Suetiam, Scotiam, Saxoniam, Anglias & Irlandiam quotannis inviſebant. Itaq; luxus & gulæ irritamenta, non defuiſſe quidem noſtris Islandis, hinc intelligitur: quibus tamen omnibus aliter uſos, ſatis conſtat; hoc eſt ex naturæ; non gulæ aut voluptatis præſcripto. Quare quod de ſua menſa, dixiſſe Epaminondam ferunt: *Tale prandium non eſſe capax proditionis:* id, vel quid ſimile, de noſtra menſa, meritò forſan uſurpavero: Gulæ ſcilicet irritamentis carentem (non quod haberi non potuerint; uti jam dictum; ſed quod adhibita non fuerint) invidiâ (ex qua proditio) quoq; caruiſſe; interim ſufficiente victus ſalubris copia, nequaquam aſpernandam.

Islandi à luxu & gula alieni: non coacti: ſed volentes.

Nihilominus tamen honeſtis conviviis & conſeſſibus minimè carebant noſtri veteres: & quidem ſine ſorditie: ſive convivarum numerum, ſive exhibitorum conviviorum tempus ſpectemus. Et enim Theodorus & Thorvaldus fratres, Borealis Islandiæ cives in Hialltæ dal, patri ſuo Hialltæ juſta ſolventes, convivium 1200. capitum exhibuerunt, dies integros XIIII. Potioribus notæ viris munere aliquo ornatis. Et occidentalis Islandiæ incola, Olaus cogn. PA, cum fratribus duobus ſumptus fecit 900. virorum convivantium; etiam ad diem usq; decimum quartum; viris primoribus non indonatis dimiſſis. Et hæc quidem convivia, [cujusmodi infra plura commemorantur] privatis ſumptibus exhibita ſunt: ſine notabili rei familiaris detrimẽto. Iſta verò victualiũ tam benigna copia & ingenium gentis tam liberale & à ſorditie alienum, ſummam in hac natione, ſi qua aliâ, hoſpitalitatem, etiam in peregrinos gignebat: quæ in Islandiæ laudibus non poſtrema, hoc brevi elogio ſit contenta.

Convivia magnifica.

Quod ad reliquam victus rationem attinet: illud Plutarchi, ſupra poſitã Lycurgi legem de ædificiis, exponentis, convenienter expediet; Comparatũ nempe fuiſſe ædificio Lectũ

lecta

lecto vestem; huic reliquum cultum & ornatum. Luxu scilicet & levitate; tum maxime fastu & superbiâ remotis cui nihil derogat, quamvis procedente tempore, unus aut alter, extraneorum vestitum importabat: Nam vulgò & de more gentis, panno Islandico vestiebantur: Sin minus; id ut novum quiddam, annotarunt historiæ. Nihil itaq; veriti sunt nostrates, levia ingenia, circa cultum corporis & vestitum solicita: ut nec Agesilaus Lacedæmoniorum Rex, Ægyptios; á quibus ob vilé vestem derisus est. Interim verò ditiores, panni extranei & quidem optimi, nunc pallium, nunc tunicam aut togam adjungebant, non indecorè; cum id tempus aut aliæ circumstantiæ postulare viderentur. Nam & [carbasus & vestis linea ad mulierum pepla; in primis] & canabina vestis cum reliquis extraneorum mercimoniis; quæ tamen hodierno fuco carebant, importabantur. In quibus emendis & utendis, cum sequens ætas à veteri illâ frugalitate degeneraret, lex de præscripto vestitu lata est (quæ etiam hodie obtinet nomine tenus) Non secus, ac sapientissimus Lycurgus suis, vestium, non tantum precium; sed formam modumq; præscripsit: Quamvis nostri non ita strictè, id servarint: Nam argento usi sunt & auro: sed parcius. Monetam Islandis non usitatam reperio: veteribus inquam illis: sed argentum staterâ appensum est: Mercium autem commutatio frequens. Ad hæc annuli aurei: & armillæ: utrumq; in mnemosynis frequens: à superioribus ad privatos: vel ab amico ad amicum. Nec de habitationis aut victus ratione plura: Non enim τὴν οἰκοδομικὴν, aut Διαιτητικὴν magis ex professo; multo minus rem obsonatoriam aut coquinariam hic tractamus: Nam ut titulus ostendit; Rem publicam, non privatam proposuimus.

Præter auté communé victus & habitandi rationé, etiam exercitiorū quorundá publicorū, initio quinti hujus capitis, mentio- 3. Exercitationes publicæ.

mentionem feci. Ea sunt vel seria, vel ludicra. Seria sunt, in quibus victoriæ contentione animi incalebant: extra tamen furorem & excandescentiam. Talia sunt Palæstra & Ἱππομαχία. In palæstrâ viri, ac juvenes, experiendi roboris gratiâ, etiam nudi colluctabantur: Quæ consuetudo Spartanorum fuit; nisi quod nostri pubetenus tantùm sese nudarint; illud scilicet, ex olympiacis certaminibus mutuati, ne subligacula exuerent. Nec unctionis apud nostrates fit mentio, ut apud Spartanos. Durat hujus consuetudinis à majoribus acceptæ etiamnum specimen aliquod. Ad Palæstram etiam alia gymnica exercitia refero: ut pilæ, & jaculandi certamen. Pila autem non scortea nec lanea, nec temento floccisve infarcta; sed vel lignea, vel durioris alicujus materiæ, intelligenda est: Ea enim sæpius vulnera inflicta sunt pessima. Pilam namq; nisi collusor manu compræhenderet, à vulnere aut etiam verbere ipsi metuendum fuit, si caput vel faciem fortiter impacta feriisset. Nec enim nullo periculo certare volebant. Jaculatores aut sagittâ, aut funda balleari se exercebant; aut etiam hasta velitari seu jaculis: quibus non minus quam sagitta, quod vellent, configebant. Ad quam artem Lacertorum robur plurimum contulerat.

Palæstra

Pilæ ludus, enarratur

Jaculandi scientia

Ἱππομαχίαν appellare visum est, ludorum genus; quo nostrates equos generosissimos, ferosissimâ pugna, inter se committebant: Hestapyng: Hestawyg: unde alii victi abibant: alii occisi, non abibāt. Instigabantur autē, quilibet à suo Domino vel ductore, & agebantur loris vel bacillis: quo acriorē pugnam cierent: Nec alia in his ludis, virorum opera fuit: id quod tamē summâ animi intentione agebant, adeò ut siquis hic dolo aut malâ fraude uteretur, aliave extraordinaria injuria; sæpe ad arma concursum fit. Sed id præter morem & intentionem ludorum. Quamvis autem non facile

Equorum certamen

con-

conjicio, quis finis huic certamini propositus fuerit; aliusquàm victoriæ forsan, propositum præmium: originem tamen, ut reliqua Gymnica, à Græcorum ludis traxisse videtur: quos ipsi πολεμιστήρια & ἱπποδρόμια nuncupavere, Athenis, in honorem Thesei institutos [quanquam illic cursu potissimú equorum certatum intelligatur] vel forsan à Romanorum ludis Circensibus; quos Equiria appellatos, & in Martis honorem inventos fuisse constat; & in quibus equos pecuniam sive præmium meruisse (sive cursu, sive pugna) ex Plinio discimus. Ludicra exercitia, in quibus animi relaxatio magis spectabatur, quàm roboris experimentum, saltationes fuerunt Musicæ; ut staticuli & orbis saltatorius. Staticulos voco saltationem ad status musicos contentus; quæ carmen vel cantilenam, quasi præceptum saltandi adhibet: Præcinit autem unus: duo pluresve paulo subcinunt: Reliqui ad numerum seu Rhythmum saltant. Orbis saltatorius viris & fœminis alternatim incedentibus constabat & quodamodo intersectis & divisis: Videtur utrumq; saltationis genus, saltationis Græcorum simulachrum aliquod referre: & quidem Orbis saltatorius, ὅρμῳ Lacedæmoniorum non absimilis: nisi forte in hac re; quod hìc singuli ordine cantilenam aliquam cantant per certas pausas, dimidiis versibus [qui à choro reliquo, unâ voce canendo repetuntur] constantes: ad finem singulorum versuum, principio vel fine primi versus reduplicatione quadam (aliquandò etiam sine ea) intercalato. Si plura saltationum genera quis numerare velit; huc tamen referri commodè possunt. Dico autem ingenuas tantum. Ludicrorum etiam pueriliú plura specimina apud nostrates reperiuntur; ut Oscillationes, Cindalismi, Ascoliasmi, Apodidrascindæ, Myindæ, Basilindæ, Cytrindæ dielcystindæ, Epostracismi &c. Et jam hoc caput, de moribus seu communi vivendi ratione

Vid. 2. Fast.

Nat. hist. lib. 21. cap. 3.

Exercitia ludicra, staticuli.

Orbis saltatorius. wikivake.

Ludicra puerilia.

Islandorum; abſolviſſe videor: Nam quæ fori aut ſacrorum propria ſunt, ſpecialius tradentur. Hæc inquam de victus ratione; veterum illorum: Ad quam, quantú ejus fieri poteſt, horum temporum conſuetudo accommodata eſt.

CAPUT. VII.
FORMA REIP. ISLANDORVM: ET SIMVL de eorundem Religione Ethnicâ.

Gentem Islandicam à ſubjecto loco & quibusdam adjunctis, hactenus deſcripſimus: ad quæ ſimul efficiens & materia quaſi concurrebant. Sequitur ejuſdem forma Reip. & Conſtitutio: ex qua demum patebit, an audacter nimis vel abuſivè, Reip. & civitatis appellationem hoc loco adhibeamus. Eò quod urbes non habeant Islandi. Quibus pro me reſpondebit Io: Bodinus, Method. hiſt. cap. 6.

„ Familiâ, inquit, tres perſonas: collegium, quinq; eodem
„ imperio domeſtico contentas complectitur. Reſpublica
„ autem ex pluribus conflata familiis (aut collegiis) etiamſi
„ locis ac ſedibus à ſe invicem divelluntur, modò ſint in unius
„ imperii tutelâ: ſive unus imperet omnibus: ſive ſingulis
„ univerſi: ſive pauci univerſis &c. Item. Non refert [ſcilicet
„ ad conſtitutionem Reip:]. utrum eodem loco coëant
„ familiæ: an locis ac ſedibus ſejungantur: Non aliter atq;
„ familia dicitur eadem, tametſi paterfamilias ſeorſim à libe-
„ ris & ſervis, aut hi à ſe invicem, locorum intervallis diſtant:
„ modò patrisfamilias legitimo & moderato imperio conjun-
„ gantur. Moderatum dixi, quia hoc maximè differt familia
à Rep. quod hæc ſummum & publicum; illa moderatum & privatam imperium habet.

Ex his tandem rotundam Reip. definitionem infert: præmiſſa antea variarum de hac re ſententiam confutatio-

ne: ex quo inquit, illud efficitur; ut Respublica nihil aliud “ sit; quam familiarum aut collegiorum, sub unum & idem “ imperium, subjecta multitudo. Hæc ex Neratio, Ulpiano, “ & Apulejo; aliisq; compluribus: inquit Bodinus. *Respub.*

Talis verò cum sit hæc hominum societas, in Islandia *Quid civitas quid?* coacta, [ut ex sequentibus erit manifestum] nos eam Reip. nomine fraudare noluimus: ut neq; civitatis (quæ non, solum eodem imperio, sed jure quoq; seu legibus eisdem, *urbes & civitas differunt.* rectissimè ab eodem Bodino definitur) quum id pariter Islandorum Reip. conveniat. Sic Cæsar Helvetiam totam, unam civitatem adpellavit. Omnis, inquit, civitas Helvetia, in quatuor pagos divisa est. Sic Cicero: Tusculum Municipium, Romana civitate contineri dixit. Sic Censorinus *Antonini Pii.* apud Appianum: Carthaginensium legatis respondit; se urbē Carthaginis deleturum: Civitatem vero Carthaginis; non deleturum. Sed audi Antonini Imp. Legem: Qui omnes homines, liberos, Monarchiæ Romanæ finibus compræhensos, cives Romanos esse jussit. Non est igitur mœnibus eisdem & area definienda civitas. Sed postquam ad has me Grammaticationes [ut sic loquar] Lectorum quorundam difficile adegit palatum, ad rem revertamur. Itaq; apud nostrates, cum viri boni & prudentes, popularium suorum cœtus, in justam gentis multitudinem excrescere cernerent; de aliqua Reip. forma, qua promiscuum vulgus in officio contineretur, maturâ cogitare cæperūt; τῆς ἀναρχίας ἀνομίας καὶ τῆς ὀχλοκρατίας, incommoda, facile expendentes. Quod ipsorum consilium, ad annum à primo ingressu sexagesimum (quousq; scilicet, incolarum & habitationum numerus auctus est) non equidem adstringo: Cum de legibus ante sexennium usitatis, ex annalibus constet: Circa annum nempe D. 928. Hunc igitur Reip. certis *Duplex status Reip. Islandis* legibus conformatæ, statum bipartitò secabimus:

nempe in Aristocratiam & Regnum, sive Regiam potestatem. Et in Aristocratia quidem; Primum civitatis Islan-
1. dicæ partitio: tum munerum publicorum distinctio: Ter-
2. tiò Legum constitutio: Quartò Religionis mutatio, consi-
34 deranda veniunt. Religionis formâ initio, cum rebus civilibus ob commune subjectum [sacrorum nempe & fori locum eundem: eosdemq; antistites] mixtâ. Quibus ferè capitibus quantum ad primum statum, quod reliquum est primi libri, absolvetur.

Aristocratia Islandorum, & civitatis Islan: partitio. Aristocratiam igitur seu optimatum statum condituri Islandi,(cum terra sparsim non conjunctim habitaretur:) Civitatē suam primò in quartas seu tetrades, à mundi Cardinibus principalib. denominatas & supra positis terminis distinctas[quales etiam fuit ipsius insulæ partitio Geographica superius, ad finem capitis 1.]Borealem, Orientalē, Australem, Occid: partiti sunt. Quartas rursus in tertias: nisi Borealē: Hæc enim utpote reliquis amplior, in quartas tributa est. Tertias verò istas iterum in suas partes subdividebant: alias quidē decimas: alias paulo aliter. Quibus cum nomen conveniens non invenirem, vernaculum retinui: quod illis est

Reppa Etymon. Hreppar: nos Reppas: [quibus etiam à Ῥέπω, etymon non inconveniens] fingamus. Prima enim hic erat, publico munere fungentium, Ἀῤῥεψία sive ἰσοῤῥοπία: Equitas enim

Reppa quid. seu sententiæ & Judicii atq; animorum æquilibrium, in reliquo magistratu servandum, merito hic incipare debuit. Nisi quis hic ad Reeb. id est, funes, quibus divisio fiebat, respectū esse maluerit, de more etiam ipsorum Hebræorū antiquissimo. Reppa quælibet regulariter ad minimū xx. [nam sæpè plures] colonos continebat; certo rei familiaris augmento definitos: infra quod non licuit tenuioribus Reppis accenseri; ditioribus licuit.

Forum provinciale & delubra. Porrò in singulis tertiis, ut & Borealis Quartæ quartis, quas olim (pyng, hodie etiam Syßlu/Herad:) præfecturas,

appellabant; tria loca insigniora designabant, foro sacrata & judiciis. Præterea etiam sacris Ethnicis dicata: illis Hoff: nobis lararia & delubra. Lararium quodlibet, pro ratione hujus terræ magnificè extructum erat: Quorum duo leguntur fuisse 120. pedum longa; Unum in præfectura Watzdal/Islandiæ Borealis: Alterum in Kialarnes meridionalis Islandiæ: & hoc quidem pedes latum 60. Singula, ad hæc, lararia, Fanum in Sacelli morem sibi adjunctum habebant. Hic locus sacratissimus: Hic idola & dii manu facti, in suppedaneo seu arâ quadam consistebant; quos circum pecudes iisdem mactandæ disponebantur. Deorum autem princeps & medius Juppiter; illis por à quo Septentrionalia hæc regna, diem Jovis. Thorsdagh / etiamnum indigetant. Huic reliqui Dii collaterales; quorum nec numerum certum accepi nec nomina. In veteri tamen juramenti formula (cujus postea erit mentio) tres, præter Thorū nomine notantur: Freyr/Niordur As: Quorum tertium nempe As/existimo esse Odinum illum famosum, inter Divos Ethnicos non postremum habitum (cujus supra memini) dictum As / synecdochicῶs: quòd is Asianorum huc in Septentrionem migrantium princeps fuerit: Singulariter namq; As/at multitudinis numero Æsar vel Æser dici cæperunt: Hic Odinus, ut dictum antea, ob insignem Magiæ diabolicæ peritiam, qua Divinitatem, ut Machomet alter, adfectabat; post obitum, in Deorum numerum relatus est: à quo hodie, dies Mercurii Odens dagur/Odini dies: Unde fortasse, Odinum Mercurium, ut Thorum Jovem, non malè appellavero. Odinum tamen Martis loco colebant veteres: & bello cæsos, Odino mactari dicebant. Odini autē socii sive filii fuerunt, Freyr & Niordur: iisdem artibus quibus pater aut princeps Odinus, Divinitatis opinionem adepti. Monui autem superius in plaga maxime Arctoâ Reges post fata pro Diis cultos esse, cap. 4. Sed horum

Dii Ethnici.

Juppiter.

Odinus Deus.

Freyr / Niordur Dii, &c.

cultus ad Islandos non pervenit: quo circa de illis hoc loco nihil.

Ara Deorũ Ante Deorum illud ſuppedaneum in prædictis fanis ſitum, Ara extructa ſtabat, ferro ſupernè inveſtita; ne igni, qui ibi perennis eſſe debuit; læderetur. In Arâ etiam lebes ſeu æneum vaſculum, repoſitum erat; quo hoſtiarum ſangvis exciperetur; adjuncta luſtrica, & aſpergillo, ad victimarum cruorem aſtantibus aſpergendum.

Luſtrica.

Frame fyrer pár / ſtód Stalle / med miklum hagleik / og piljadur ofan / med Jarne. Par ſkylldi á vera elldur / ſa alldre ſlocknadi. pad kolludu peir wijgdañ elld. A peim Stalli / ſkylldi og ſtanda bolle / mi óg af kopar: par ſkylldi iláta blód pad allt / kiymi af fie pui / er par var til gefid / eda mónum etc. pad kolludu peir hlut / og hlutbolla / Eñ hlutunm ſkyllde bydi dreifa yffer meñ og fie etc. Watzhyrna.

In Ara præterea annulus aſſervabatur argenteus [vel ex Orichalco] unciarum xx. quem forenſi aliquo munere fungentes, Jusjurandum jam præſtituri, victimarum illinitum cruore, religioſè inter jurandum contrectabant. Ad

Victimæ quales; victimas ut plurimum quadrupedes deſtinabantur; in ſacrificantium epulas convertendæ: Quamvis interim (dolendum) comperiam, cæcos Ethnicos, victimis humanis etiam uſos loco prædicto Kialarnes: ubi pro Lararij foribus, puteus profundiſſimus, in quem victimæ humanæ demergebantur: Qui puteus â ſacrificio Blotkellda / dictus eſt;

Fie pad er til hofs war gefid / ſkylldi hafa til Mañ faგnadar; par er blotweiſlúr voru: Eñ Móñum peim er peir blotudu / ſkyllde ſteypa / ofan i fen pad er vti var fyrer dyruñum etc. pad kólludu peir blotkelldu etc. Watzhyrna.

Item;

Itemq; in Islandia Occidentali, provincia Thornes-thing: Erat in medio fori circus, in quem homines, Diis ad immolandum deputati, colligebantur: qui ad Saxum prægrande, ibidem positum collisi, necabantur. Cujus rei indignitatem saxum illud fertur, colore sangvinulento nullo imbre abluto, multis post seculis retulisse.

Domhringur war a þyngstadnum / er peir menn woru i skapader / er pad starff hófdu / ad peir voru dæmder / til blóts: par stendur steinn / er peir woru / brotner wid / og sier enn blodz-litinn á steinenum: etc. Eyrbyggia etc.

Abominabilis sanè, sed exemplis minimè carens immanitas, inde à vetustissimis temporibus derivata. Omitto recentiora & in vicinis terris deprehensa, ut Gallorum immolationes humanas: de quibus Cic. pro Fontejo: Itemq; viciniorum Regionum consuetudinem. Non commemoro Romanas victimas; inter quas Luperca Valeria, ad immolationem deputata, à præsenti nece per aquilam liberata est. Prætereantur Græcorum παρθενοκτόνια & virginum nobilium immolatio: apud quos Helena imminenti mactationis periculo similiter beneficio Aquilæ erepta est. Ast Hebræorum Benhennon sive Gihennon & crudelitatem, ista longè majorem; non in servos, aut reos sed charissima pignora exercitam; quis est qui ignoret? «
De qua re Christoph: Adricomi Delphi, verba appone- «
re libuit. Gehennon, inquit, locus erat in suburbanis «
Jerusalem, contra Orientem, sub monte offensionis jux- «
ta piscinam Fullonis, ut Tempe, amœnissimus. In hac «
valle erat tabernaculum & Idolum Moloh æneum, fi- «
gurâ Regis fabrefactum, intus concavum: Cujus ca- «
put vitulum, pars reliqua hominem exprimens, brachia «

ad-

" ad pueros immolandos habebat extensa: qui vehementi I-
" doli calore inter hosce nefarios amplexus comburebantur:
" Cum enim ex igne in Idoli concavitate subjecto, id totum
" factum esset ignitum, tum impiissimi parentes, crudelitate
" incredibili, charissima pignora, suos nempe filios & filias,
" detestandis hisce complexibus cremanda tradebant. Ne
" autem in horrendis tormentis miserandus puerorum cla-
" mor exauditus, parentum viscera commoveret; Sacerdo-
" tes Moloch, quamdiu sacrificium durabat, rauco tubarum,
" clangore & tympanorum strepitu undiq; æthera & aëra re-
" plebant: Unde & loco nomen Tøphet: quod tympanum
" sonat. Hæc Adricomus. Et ne quis putet vulgus tantum Judæorum eò cæcitatis devenisse; en tibi Reges; Achaz 2. Reg. 16. 2. Paralip. 28. Manasses ibidem 21. & 33. ubi etiam vetus gentium mos allegatur, &c.

Cæterum illa immanitas, illæ Saturni hostiæ, haud diu durasse apud Islandos videntur: & sanè, nec alibi usitata; quàm duobus locis assignatis. Imò nec ejus provinciæ incolis omnibus, ubi exercita est: Nam de Hiørleifo, Ingulphi supra commemorati socio, traditur, quod cultus idolorum penitus fuerit aversatus. Helgo etiam cogn: Biola, Baronibus Norvegicis oriundus, Kiarlarnesensis Provinciæ incola, Ethnicæ religioni parum favit; Irlandum namq; hominem Christianum exulem in viciniam recepit; ørnulfum nomine cum suis familiis: neć recepit solùm; sed & ædem Divo Columbo sacram extruere permisit; in villa Esiuberg. Ejusdem quoq; provinciæ Juvenis quidem, *Buo*, dictus, Sacratissimum illud humanarum victimarum Fanum & Deos universos incendio delevit; quamvis postea à proprietariis reparatum: Quippe illud Poëtæ quamvis Ethnici, fortè neverat.

——————— *Nulli commissa metallo* *Æneid.12*
Forma Dei: mentes habitare & pectora gaudet.

Torchillus adhæc cogn: Mane, [fortasse ideo quod Lunam, quæ Mane dicitur, & reliqua sydera majore cum religione quam reliqui suspexerat] vir integerrimæ vitæ, & inter Optimates Islandiæ celebris; sub Agonem, adverso soli semet exponi curabat; Cœliq; & totius mundi opificium palam admiratus, ei Deorum, qui solem reliquaq; creasset sydera, fugientem moriens commendavit animã. Vixit circa annum Christi 970. Idem vel simile de aliis quàm plurimis, durante adhuc Ethnicismo referri potest. Ut de Hallero quodam merid: Island: incola: qui quòd idolorum cultum non sequeretur: Godlaus id est, ἄθεος dictus est: Itemq; hujus filius Helgo.

Illud autem de victimis humanis, non frustra, nec ad opprobrium gentis, hic commemoro: sed ut eo nos moderni, illorum hominum posteri excitemur ad consederandum serio, quantum à nobis Divinæ bonitati debeatur; qui nos, mente indultâ saniore, tenebris istis plusquam Cimmeriis, exemit & Divinioris lucis radio illuminavit.

CAPUT VII.

MUNERA PUBLICA SEU MAGISTRATUUM & fori politici distinctio.

ISta fuit veteris Civitatis Islandorum partitio: in quam etiam religionis consignatio incidit. Munera publica, alia hinc distingvuntur; alia aliunde originem habent. Quæ hinc sumuntur; sunt Reppagogia (ut fingere liceat) & provinciarum administratio: quemadmodum scilicet; partitio illa in Reppas & provincias, tanquam disparatas species desinebat: utraq; autem imperium aliquale conjunctum habebat: Etenim tam Reppagogi [sic enim Repparum magistros appellare liceat] quam

provinciales præfecti, conventus indicebant, judicia constituebant (in suo foro quilibet) sontes plectebant: unde constat provocationis jure etiam in alienis causis (nam in propriis etiam privati habebant jus provocandi) usos, adeo ut etiam Reppagogos magistratus titulo complecti non verear. Qui à Bodino difinitur is, qui imperii publici partem habet. Meth hist. cap. 16. Publicum inquit adjeci ut ab imperio herili & patrio distinguatur. Si quis igitur rotundiorem magistratus distinctionem desideret; ea talis foret: Magistratus est inferior aut superior. Inferior est Reppagogia vel Quinqueviratus, qua in singulis Reppis, quinq; coloni ad Repparum moderationem delecti utebantur; quos hic, Reppagogos & quinqueviros nuncupare cogimur; [illis Hreppstior ar] sapientia & integritate primùm; tum immobilium bonorum possessione definitos; nisi de hoc posteriore ex communi sententia, aliter visum.

Divisio magistratus. Reppagogia

In Reppagis requisita.

Landei gendur fim̃ skulu wera teknir til socknar i hrepp huprium. ad sækia pa meñ alla er osfil giora J hrepnum: og suo ad skipta tiundum maña og matgiófum: eda paka eida ad móñum Hriett er ad peir slo eck Landei gendur / ef hreps meñ eru aller á pad satter etc. Codex ll. antiq: titul: Bunadarbalk. cap. 38.

Quorum prius ratione evidente, posterius etiam probabili: Ejus enim Reppæ commodo studiosius curaturum verisimile est, in qua quis fundos habeat proprios: ne commune damnum etiam ad privatos redundet. Quam vis non privato solum commodo ad virtutem duci, frugi illa voluit antiquitas: Ideoq; additur: Nisi ex communi sententia aliter visum: id est: Nisi Reppagogiæ candidatorum integritas, adeo reliquis sit perspecta, ut ista cautione nihil sit opus. Addo & aliam rationem: Voluerunt fortasse cives, id munus, ab alio ad alium, haud sæpe transferri; dum eo quis rite fungeretur; Ideoq; fundorum possessione

ne Reppagogos eosdem in eadem Reppâ retineri existimabant.

Porrò Reppagogorum munus, pauperum cura definitur: Huc namq; omnia, quæ verbosè & passim de eo tradita sunt, referre conabor. Illud autem quod pauperum cura requirebat, quilibet intra suæ Reppæ metas, duobus hisce modis assequi conati sunt, I. ut prospicerent, ne quis subitò ad extremam paupertatem redigeretur: quantum quidem in humano consilio situm, II. Quomodo factis jam mendicis, communi subsidio alendis, providerent.

Et primam quidem muneris sui partem, via triplici aggressi sunt. Primum, latis legibus adversus propriâ culpâ [humanitus loquendo] factos mendicos: Cujusmodi sunt illæ tit. de exhæredandis: cap. 3. *Parentibus mendicis natus & ipse hostiatim victum quærendo educatus (nisi morbo affectus) hæreditatem nullam adito &c.* Quandiù scilicet, hostiatim vivit. cap. 18. ejusdem; & primum triennium à mendicationis tempore proximum. cap. 20. Nescilicet quis simulato virtutis specimine, legibus imponeret. Item. *Altera lex de ejusmodi mendicis impune castrandis, etiamsi cum eorundem nece conjunctum foret.* Titulis de pupillis: cap. 33. Ne videlicet hostiatim vivendo liberos gignerent similes parentibus, qui postmodùm oneri essent Reip. Itemq;, Tertia lex, de *eisdem mendicis, non alendis*: [titul. de mendicis: cap. 39. & 63. Apostoli præcepto non repugnans: qui non laborat; non manducet 2. Thessal. 3.) & ne domo quidem, recipiendis: cap. 45. ejusdem: Irrogata gravi mulctâ, si quis in hanc legem peccasset; ibid.

Cui instituto, quæso quid aliud subest; quàm olim Atheniensium consuetudini: inter quos Areoppagitæ in singulos cives inquirebant, quâ quisq; arte viveret: & in jus trahi curabant eos, qui se turpi & inerti otio addixissent? Quid aliud; inquam; quàm sub Massi-

liensium decreto, qui civitatis suæ ingressu eos prohibebant, qui artem nullam noverant, quâ vitam sustentarent: & ne quis artes vel inutiles vel inhonestas coleret: locum nullum dabant lusoribus, mimis, Gelotopæis, scurris, circulatoribus. Quid deniq; aliud, quàm quod Solonis institutum voluit, sancientis, ne quam gratiam parentibus liberi deberent, à quibus in nulla arte honestâ ad victum parandum instituti essent. Tantos habuit vetus seculum & tam acres ad virtutem stimulos: etiam apud nostrates; quos in postremo hoc, ah nimium degenero, cum dolore desideres: omnibus istis constitutionibus sublatis. Quocirca, majorem in modum augetur numerus τῶν ἀτάκτων, ut Paulino verbo utar; hoc est, eorum, qui omnis disciplinæ expertes in desidi ac turpi otio ordinem divinitus institutum invertentes, sibi ipsis infames vivunt & communi patriæ graves ac molesti. Cujus rei curam, si adhuc magistratus susciperet, melius profectò cum multis ageretur. Sed sint ista alterius loci. &c.

Secunda præcavendæ egestatis ratio & via, fuit Lex seu edictum, de iis qui Reppâ donari, vel Repparum cives fieri volebant. Etenim in Reppam nullus recipiendus erat, nisi prius conventum ejus Reppæ solennem adîsset, & admitti se petîsset: Quod non denegare integrum nisi furti, aut alterius alioqui criminis convicto, aut tam inopi, ut idcircò ad Reppas ineptus foret; nec posset sine communi mendicorum eeleemosyna se suosq; sustentare. Quod si quis isti conventui interesse non posset, à quinq; colonis, proprios fundos, & ei, quem is aditurus erat, maxime vicinos, habentibus, cohabitandi veniam rogare tenebatur. Si quis integræ famæ & facultatibus præstâs, non rogata venia, in Reppas tamê concessisset; habitationem ille quidem retinuit, sed à Repparum jure & privilegiis exclusus. Sin verò im

probus

probus aliquis ſeſe impermiſſu ingeſſiſſet, (licet vacantem fundum à Domino legitime conduxiſſet) idem vi depellendus erat: titulus de Reppis cap: 48. Eodem pertinet edictum, de ſervis extra Reppam petitis. cap: 47. ejusdem. Sapiens illud erat contra mendicantem inopiam conſiliũ; ac cum Maſſilienſium decreto, quod paulò ante poſuimus, in primis congruens: Nam ſi quis improbus; multa ipſe perpetrare, ad multa patranda alios impellere poterat; quæ irrogatis mulctis pecuniariis, etiam mediocrem ſubſtantiam exhaurirent: aut in hoc vitæ & fortunarum periculum adducerent, ut quis nec ſibi, nec veris mendicis proſpicere poſſet. Sin primo verò aditu quis egenus, quid inde reliquum? Improbis igitur & inopibus hac de cauſa Reppis interdicebant.

Tertium adverſus egeſtatem ſtatutum fuit; de damni privati reſtitutione, titul: citato: cap. 47. Cujus exemplum dabitur, primò in domibus incendio fortuitò abſumptis: iisq; quatuor generum: Penuarium enim culina, dormitorium ſeu cubile & ſacellum ſi conflagraſſent, damnum acceptum à quinq; vicinis, intra dies XIIII. æſtimandum erat; tum ipſius domus, quàm rerum contentarum, maximè neceſſariarum; ut pote penus, veſtium & ſuppellectilis quotidianæ tantum, ad patrem ſolum familias pertinentium; excluſis alienis; ut & theſauris aliisq; rebus magis pretioſis; quod ſine his Repparum civis quis idoneus eſſe poſſet. Æſtimati deindè damni pars dimidia à totâ Reppâ, collatis in commune ſubſidiis, pro cujuslibet coloni facultatibus, intra præſcriptum tempus, reſtitui debebat. Alterum exemplum hujus beneficentæ legibus injunctæ eſt de pecudibus peſte abſumptis. Si cui enim quarta pars pecudum, aut plùs eo deceſſiſſet, damnum ſimiliter intra dies XIIII. ceſſante morbo elapſos, æſtimatum, ut prius illud, communi-

munibus auxilus ex parte dimidia relevandum erat. De utroque cautio adhibita; ne idem hoc beneficium quartûm præſtaretur; ne ſcilicet quis nimia & ſupinâ negligentiâ damnum ſibi accerſeret. De Reppis: cap. 47. & 48.

Altera pars muneris Reppagogici circa curam pauperum erat; de factis jam mendicis, vel morbo, vel ætate, vel aliis non proprii arbitrii caſibus, certâ eleemoſynâ alendis: deq; aliis, qui ad eleemoſynam non pertinerent excludendis: & caſibus variis eodem ſpectantibus. Eleemoſyna iſta privata erat; vel publica. Privata; de qua lex de mendicis à tribulibus, ſeu cognatis, uno vel pluribus, certo & lege definito facultatum augmento pollentibus, in numerum familiæ recipiendis; alendisq; certis legibus; pro gradu ſucceſſionis hæreditariæ: Ut enim quisq; mendici hæreditati, ſi bona poſſideret, proximus erat, ita ad eundem ſuſtentandum primus cenſebatur. Deficiente verò proximo gradu, aut eodem egente, aut non habente unde ſe ſuosq; & prætcrea mendicum illum ſuſtantaret; ea neceſſitas, ſecundo, tertio, &c. gradu junctis incumbebat.

Publica eleemoſyna fuit, quoties deficientibus cognatis vel tribulibus mendici Repparum ſubſidiis vivebant; in ſua Reppa quilibet alendus: de qua re, legum præſcriptæ conſtitutiones: qui mendici nempe ad quam Reppam pertinerent: & qui non: & de non pertinentibus, juridico proceſſu arcendis. Reppagogi itaq; muneris publici his terminis circumſcripti participes; conventus indicebant: Alios quidem & tempore & loco ſtatos: ſive ordinarios: alios non ſtatos ſive extraordinarios; quoties ſcilicet novi aliquid erat, ad illorum curam ſpectans, de quo ſtatuerent. Extraordinarios conventus etiam privatis ciere licuit; iis ſcili-

cet

cet, qui causam conventu&judicio dignam haberent. Conventus verò habendi signum erat (post annum certè Millesimum; quum jam in fidem Christianam jurassent, antea fortasse cestra vel malleus Jovis: hamar pors) pro ejus temporis religione crux lignea: quam quilibet colonus ad suum vicinum perferret, die loco & causâ conventus indictis: cujus signi intermissi aut neglecti, certa pœna; Illic igitur Reppagogi de rebus ad suam curam pertinentibus ex æquo & bono consultabant, statuebant, sontes plectebant: Ibi reus, si injuria privata esset, à læso in jus citabatur, autoritate publicâ non accedente [id quod etiam Spartanis in usu fuisse legimus): sin vero publica injuria [vel si læsus, in privatâ offensâ reum citare nollet aut nequiret], à Reppagogorum aliquo. Contra Reppagogos etiam officii negligentes aut alioqui injurios, privatis agendi jus fuit: Ubi mulcta pecuniaria, Repparum civibus cedebat. De quibus omnibus aliisq; huc spectantibus habetur in codice ll. de Reppagogiis cap. 43. Et de magistratu inferiore, h. e. Reppagogis, tantùm: primâ scilicet magistratus civilis specie.

Magistratus superior. Sequitur magistratus superior; qui in Provinciarum præfectos distinguitur, & Nomophylaces Provinciarum præfecti fuere singuli in singulis provinciis (quas tertias, scilicet cujuslibet Quartæ supra vocabam) munia tam fori publica quam sacrorum obeuntes: seu fuêre juris & Sacrorum interpretes: [quanquam juris interpretatio postea magis ad Nomophylaces spectabat] Quemadmodum apud Romanos Ædiles, prætoriæ jurisdictionis partem, etiam usurpabant: Apud veteres quoq; Hebræos, Pontifices, item apud Romanos Pontifices victimarii erant: Unde Horat: carmin. lib. 3, Ode 23. Victima pontificum secures cervice tingit.

Præ-

Præfecti igitur isti; quâ sacra curabant sacerdotes; quâ forum & judicia, Judices fuerunt. Eos optimates hoc loco appellamus, & statum Reip. horum inspectione gubernatum, Aristocratiam. Iidem nostratibus Godar & Hoffsgodar: ab æde seu delubro [quod Hoff] quasi ædiles & æditimi: Eorumq; officium seu dignitas Godord. Nomine videlicet à Diis illorum Ethnicis quos God nuncupavêre, quàm proximè derivato: ut vel ipso nomine, ad virtutes, sapientiam, justitiam &c. in præfecto tali requisitas; ii. qui Deorum nomen ferme & vicem gererent, admonerentur.

Præfectus provincialis Godeshofgode dictus & quare. Ego dixi Dii estis.

Ut verò se tales exhiberent; eundem judiciis forensibus, quem sacris, destinatum locum autumo; ad prædicta nempe, Delubra. Etiam idcirco; quia ad εὐβουλείαν, seu consilia rectè capienda, quorum in foro maximè usus, sacrorum locus aptior, religiosè creditus sit. Porrò conventus, præfecti provinciales ut Reppagogi duplices habebant: Annuos seu ordinarios: & indictivos sive extraordinarios, exigente necessitate aliqua [dies complures durantes, priores quidem illos: vid. Kaupb. cap. 8. Forn Lóg:] idq; ut verisimile est; per signum aliquod habendi conventus, coactos; ut modò de Reppagogis dictum est: Quod olim quale fuerit; non equidem constat; nisi id fuit; quod postea & etiamnum in usu est; forma securis Norvegicæ lignea, eâ ratione circumlata, inter provinciales concives, ut de cruce ligneâ, paulò ante diximus. Hic fori judicialis index, nostrâ lingvâ Bod/ id est, nuntium dictus est.

Curidem fori & sacrorum locus.

Conventus provinciales.

Fori provincialis speciem habebat, cum de solutione ex bonis demortui faciendâ, judicium fiebat; licet alio, quàm ad delubra, loco: Nempe domi ejus qui demortuus fuerat; ab hæredibus & eo qui solutionem expostulabat, constitutum, dieb. XIIII. à conventu vernali provinciæ ordinario

nario elapsis. (Kaupb. cap. 8.) Itemq; in causâ homicidii cum occisi aut vulnerati graviter, hæres aut qui hujus loco esset; conventum intra triduum cogebat ad sepulcrum cadaveris; vel in loco, homicidio fœdato: Hujus conventus index fuit telum ligneum: unde ørvarþyng. vide codic. Erfinge skal ørvar skera samdægers / er hiñ lætur lyff sit / eda hiner skilrykustu naviſtarmeñ: og hafa þyng prinætt / par siñ vyg er weigid / eda á grafar backa / Item. Aller skulo ørvar bera / og eingiñ fella etc. wigsl.

Item; cum de pascuis vel limitibus controversum esset; conventus alibi, quàm ad delubra fiebant; intra dies quinq; à citatione lapsos: unde Fimtarsteffur / Fimtarþyng. & sic forsan in quibusdam aliis: sed raró &c.

Porró ad delubra singuli tributum seu vectigal quoddam annuum pendebant: cujus exactor æditimus: Sic enim de Sacris loquens, Optimatem quemlibet [date veniam Grammatici] appello. Eidem quoq; delubri & fori profanatorú mulcta cedebat: qui vicissim suis sumptibus delubrum sustentare vel sartum tectum conservare debebat. Ei deniq; quodlibet damnú provinciæ illatum, emendare, aut imminens præcavere & antevertere provincialiú opera utenti necessitas & summa cura incumbebat: ita, ut ad fures & latrones publicos delendos, reperias qui vitæ propriæ fuerint prodigi: Contra, eheu, quàm hodiè passim fieri cernimus; ubi furem notorium aut alium cujusvis sceleris capitalis semel aut iterum convictum, lege damnare, religio magna, major necare. Isti sunt provinciarum præfecti: Nemophylaces sequuntur. Erat autem Nemophylax magistratus superioris species altera, istis pauló recentior: cujusmodi fuit in universa civitate Islandicâ veteri, (eam enim adhuc describimus) uno eodemq; tempore, unus: qui à dicendo sive recensendo jure, Løgmann & Løgsögumann *Excursus* *Nomophylaces.*

 dictus

dictus eſt. Etenim Reſp. non ſubitò, ſed paulatim conformari cœpit: itaq; prius extiterunt leges provinciales; ſimilis, ſed forſan non vbiq; ejuſdem ſententiæ; quàm eas in unum corpus conflatas haberent. Quod ubi aſſecuti ſunt; earundem cuſtodiæ viros frugi & cordatos adhibuerunt: quos Nomophylates appello: quorumq; munus, D. Nicolai Cragii verbis, Nomophylacùm Spartanorum officium exponentis, optimè deſcripſero. Fuit autem (inquit D. Cra-
" gius lib. 2. cap. 6. de Rep. Lacedæm.) Nomophylacum mu-
" nus, ut ex re ipſa percipimus, ut legum cuſtodiæ, ad Reip.
" utilitatem præeſſent; ne eas aboleri, mutari aut auferri à
" quoquam ſinerent. Deinde id operam dabant, ne legum
" vis exoleſceret, vel memoria obliteraretur: Sed magiſtra-
" tus adigebant ad earum crebram obſervationem & officii
" ſui executionem. Quin & exiſtimare poſſumus, hos ipſos
" fuiſſe legum interpretes, ſi quid fortè ambiguè poſitû, mi-
" nuſve intellectum in diſceptationem veniret. Hęc Cragius: quod ego idem de noſtris: illud addens; aliqualem fuiſſe penes hos, cum optimatibus reliquis, legum mutandarum aut innovandarum, etiam augendarum poteſtatem, tanquam Oratores vel conciliarios; accedente populi conſenſu. Itaq; de Ariſtocratiæ forma nihil Nomophylaces detraxerunt: Sed erant inprimis ut dictum, Juris interpretes & cuſtodes, auctoritate publica ad hoc armati, penes quos etiam erat codicis ll. cuſtodia.

Hic porrò magiſtratus, ſuo officio præcipue functus eſt, in eo conventu incolarum, quem Comitia annua ſeu forum magnum & generale [vt ſuperiora illa meritò particularia dici poſſunt] appellare licebit: illis Alþyng. Quò ex tota civitate Iſlandicâ, quotannis gregatim confluebant: quò etiam plerumq; cauſæ graviores reſervabantur & relegatæ ſunt. Judices autem provinciales tantò cautius agebant

bant in suo foro, ne ipsorum acta in Comitiis retractarentur. Comitia vero postquam Nomophylaces creati essent, eorundem auctoritate constituta, & ut illi locuti sunt, consecrata sunt quotannis: in quibus tamen causæ quælibet, coram suo judice prouinciali disceptabantur, nec ad caussas ignoti judices assumpti: Præsente interim velut inspectore & judiciorum moderatore, vel si mavis quod antea diximus, legum interprete, Nomophylace: Judicibus pedaneis ad cujuslibet causæ disquisitionem ex ea provincia, ubi causa nata esset coactis. Locus autem Comitiorum primum fuit ad montem Armansfell, Islandiæ Meridion: quę non multo post Thinguellã translata sunt: Olim (toto sane Aristocratiæ tempore aut forsan diutius) dies integros xiiij, durantia; Initio circa Idus Maias facto: Id quod tum aliunde, tum ex codice veteri convincitur. Et de initio quidem extat vetusti calendarii regula. *cur idem hodie non fit.*

Fra fardógum/ þa vj. vikur eru af Smure/ eru iiij. vikur til al þyngis hins forna]

De duratione vero est in C. L.l. non vno loco.

Ei skal skullda domur vora þæ vikur/ tuer tuæ fyrer þijng. Þijng vikur tuæ: og tuæ effter þijng Næstu. Kaupab. 40. item Omagab. 7. & alibi. Item. Sekkar sy i giptunialum/ skal bored i Lógrettu/ drottinß dag hiñfyrra i þynge. Festerckartti C P.

Præter trium generum conventus jam expositos, interdum etiam in singulis Quartis, forum majus celebratũ est: Fiordnuga þyng: quod majus appello respectu minoris; nempe provincialis fori: Non respectu illius magni seu maximi; quod Comitiorum nomine modò designavimus. Hoc vero forum quando cœperit, aut quam diu durârit, non præcise constat; quocirca id sic specialiter adnotasse satis. In omni autem forẽsi negocio provocationis jus seu potestatem in ius vocandi reum, aliâs habuit

ipse læsus: vel ejusdem hæres legitimus masculus, vel fœminæ hæredis maritus: aliàs ipse magistratus: aliâs alius, quilibet: (Sa à sôk ey vill:) qui scilicet ad peccatum vel scelus, à læso vel magistratu conniveri ægrè ferret: Ideoq; actoris jus licite usurpavit; eò quod tam ille quam reliqui, publico alicujus scelere offensionem accepisset. Cui consuetudini seu legi, zelum quendam honesti & virtutis subesse, non obscurè intelligimus. Mulcta proinde pecuniaria, aliâs actori, aliâs magistratui, aliâs civibus cedebat: de quâ re, in ipsis ll. constit; copiosius.

Veteris seculi integritas,

Iam verò, quâ religione, quove rigore, judicia publica, veteris seculi integritas exercuerit, operæ pretium est attingere. Forum enim judicicarium cum hæ personæ constituant: Judex supremus, judices, pedanei vel legati, Actor, Reus & testes; omnes hi in foro constituti initio actionis, omnem dolum, fraudem, versut am, omnimoq; injustitiam, sanctè abjurabant. Cujus religionis ritus fuit; ut juramentum præstaturi, adhibitis, testibus, annulum, in Arâ Deorum asservari solitum [vide supra cap. 6.] & in foro judiciali, à judice supremo in brachio gestatum [quare etiam armillam potius intelligo] hostiarumq; Ethnicarum sangvine plærumq; [non enim semper] illinitum, attrectarent: hac ferè formula verborum usi. *Freyrum, Niordum*, & Opitulatorem illum Asiaticum (παντοκράτορα: hiñ almáttka ás:) Quo loco Odinum intellexerunt Synecdochicως: vide supra, de Diis Ethnicis, cap. VI. invoco & testor, me judicia & sententiam laturum [judicum erat] causam acturum vel dicturum [Actoris & rei] testem adhibuturum & perhibiturum testimonium [hoc testificantis & testantis] omniq; forensi negocio mihi incumbente defuncturum esse [hoc in genere omnium quos causæ forenses tangerent] ex justitiæ, veritatis & legum præscripto.

Lacedemonii per castoros jurabant.

Hæc

Hæc in Antiquitat. nostris sic sonant. Hañ skyll di Neffna wotta / i pad wætti :ad eg wiñ Lógeid ad bugie: Hialpe mier suo Freyr og Niordur/og hiñ Almattke As: ad eg skal so dom dæma / Sauk sækia edur weria / wætti bera eda qvidu qvedia / og aull Lógmællt skil af hendi leysa / pau er vnder mig koma/Sem eg weil rettast Og hellst ad lógum etc.

Suo sagdi witur madur pormod/ er alluzs herjar Gode war a Jslandi / ad med pessum ordum og pyngmórckum / helgudo Langfedgar hans Alpynge /alla æfe etc. Vid: Watzhyrn ad Breidfirdinga domi/og baud Ruti. Hinc de Gunnero de Hlydarenda, legitur: Guñar gieckad heyra til eidspiallz Syns og framsogn sakar: og socknargagna allra. Effter pad wañ hañ eid/ og sagdi fram sók: Sydan leit hañ bera stefnu wætti/ pa Sakartóku wætti etc. Et alia, hujus generis sexcenta &c. vid: Nialu.

Interdum etiam [forsan præcedente tempore, cum Deorum Ethnicorum æstimatio, ductu rationis, cæpit imminui) per fidem suam jurabant: (pad legg eg vnder pegnskap Miñ:) Fidem enim nunc cum Cicerone accipio, pro dictorum conventorumq; constantiâ & veritate: Et ut de suo Ennio locutus Tullius: vir ille, haud magnâ cum re; sed fidei plenus. Hæc juramenti formula etiam recentibus adhuc Christianis in usu fuit: ut videre est ex codice, non uno loco: [peir skulo pad leggia vnder pegñskap siñ/ etc.] *I. Offic: De senect.*

Hanc porrò gentis integritatem & Nomothetarum sapientiam, quæ ex jurisjurandi istâ stipulatione conspicitur, arguit præterea in codice lex scripta, de judicum & Testium examine: Ne videlicet Actoris vel Rei, pater filius, frater, vitricus, gener, sororius, ut nec inimicus; in judicio consideat: A testimonio verò etiam remotiore gradu juncti arcebantur: Puta ne necessitudinis vinculum; vel & contra, odium, justitiæ tenorem corrumperet. *Judicium & testium examen*

nanasser err Sakar Adila [actori] eda þeim er sók er á hendi [reo] sem Nafrænn dur Fryr/og Namagar iij. ef madar á moder Mans/dotter eda Syster/huor sim auars frænd kom á etc. Item: Biva skal rydia ad frændsenij og ad Mægdum / og ad sókum/vid sakaradila/Item: Suo Skulu bwar ad sóknm retter/s.n ad frædseni/þar vegnar sake eru wygsloda/24.

Item þar domur er Nefndnr [Omagadomr eda añar/ þañ huorer nefna halfañ] þa skal huor bioda audrum til ad rydia dom þañ/og skal sno rydia Sim Oued:og broda þein/ er vm er quadtt: titul. de mendicis & pupill. Summa: Nullus quem causa controversa, magnopere concerneret, licitè judicabat: id quod exemplo de solutione ex bonis defuncti facienda monstravero: ubi nullus ex creditoribus, aut creditorum parens, filius, frater, vitricus, gener, sororius, lege judicare potuit. [Dom þañ skal so rydia/ ad þar skad eingim þeira mañа sitya z dome/er þar eigo farvon ad/heimta: Og einskis þeira fader/son/Broder/etc. ne namagar iiij.

pœna veritatem supprimentis.

Ad testium denique fidem spectabat lex: si quis testimonium rogatus, fere recusasset: Cujus tamen re verâ conscius esset: Nempe ad nullum testimonium idem in posterum aptus erat; neque eidem ullius honesti viri testimonio ad suas res uti licuit, & pro capitis diminutionem minorem passo, reputatus est: Instar falsi testis: Divinæ legi non incongrue: ut veritatem celans, rogatus, pro falso habeatur.

Sed videamus Cod.

Ef madur will bua quedia [S. til wities] þa skal hañ me sna swr votta ij. eda fleire: i þad wætti (skal hañ seigra) ad eg kuod þig No. bua qvidar/ad bera vm þad: (og skal á þad kneda) Qved eg þig at bera quid þañ ad domi fram/ þar er sauk er adur framsógd etc. Qved eg Lóg kuód (So at hañ

heyre ſialfur / eda ad Lógheunile hans ella / ſo ad Lógſaſtir meñ heyre) wijgſl. 23. Item: Ef madur er þeß vortti 6. qvaddur/ er hañ þikiſt ecki hafa J werid: þa ſkal hañ þo til þyngs fara og ganga til doms og viña eid / og neffna votta ad þui/ ad hañ berſt vr vortti þui ad lógum etc. Eñ ef madur ſeigiſt vr vortti þui er hañ war i Neffndur/ þa er þad Liugvetni/ og war dar houmi ſlijko Sm hañ hefdi borid lingwitni etc. wijgſl. 29. Ef men vilira i bera vitni vm vèganda mans, hafi fyrer ſer lyvi'ſtarrid/ad þeir viſſo hñ ercki: eñ þeir ſem wißo og villdo ecki bera vitni vin: þa ſkulo þeir alldre Sijdan voitbærvir vera / og êmſkis vitnis Niota etc. Ef þeir bera huorck af nie á/þa eru þir ſeker iiij. ☩: og nioti einſkes vitnis Sijdan / og beri recki vmi / og fare rettlauſir/ Og Suo vm oll þñur vitne etc. **Fornléd etc.**

Iſtam veterum integritatem, recentius ſeculum, quadamtenus, legalibus conſtitutionibus imitatum eſt: In eadem tamen exercenda, heu quam frigidum; id quod hodie multos nimis veró conqueſtos audivimus.

Atq; hæc fuit munerum publicorum ſeu magiſtratus & fori politici diſtinctio & qualiscunq; deſcriptio, in veteri noſtra Rep. Islandica. Nunc porró ut conſtet noſtrates certis & ſcriptis legibus civitatem ſuam adminiſtraſſe, Quędam (præter ea, quæ hactenus ad magiſtratus & numerum publicorum diſcriptionem neceſſario attulimus) ſequenti capite de Islandorum Nomotheſia, delibanda ſunt: Sed delibanda tantum: Nam ſi univerſi juris Islandici corpus pollicerer; materiâ foret; non minus Lectori tædioſa; q̃ mihi ſummè laborioſa. Nihil enim plus, Artium illa regina, Logica, noſtros Nomothetas, quàm juris Romani ſcriptores veteres [quod J. C. quidam, venuſtâ Paranomaſia innuit pro Antinomiis, Pantimanias, dicens] à materiarum & titulorũ confuſione, vindicavit. Itaq; delibabimus ut dixi,

pauca

pauca: præmisso Nomophylacum catalogo; ut legum causa adjuvante & conservante. Efficiens enim principalis fuit Optimatum & populi consensus: quiq; legales constitutiones in scriptis extare voluerunt; successive à Nomophylacibus & reliquis optimatibus conformandas.

CAPUT VIII
NOMOTHESIA VETUS ISLANDORUM
delibata: præmisso Nomophylacum Catologo.

928. ANno Dom: CMXXVIII. Consilium de legum [quæ in singulis provinciis antea forte ex parte differentes fuerant, quamvis de summa convenerat] formâ aliquâ communi, initum est, instinctu cujusdam ULFLIOTI, qui ex Norvegia Gulthingensis juris exemplar ante biennium attulerat; unde & nostri multa mutuati sunt. Cui legum conformationi, Thorleifus, cognomento SAPIENS, hiñ Spake/ præfuit: adscitis collegis aliquot: Quemadmodum apud Romanos scribendis Legibus Decemviri creati sunt. Et ut huic conformationi promulgandæ aptior locus esset, Forum illud magnum & generale, tunc primùm institutum est. Ne verò frustraneus foret talis labor; novus iste magistratus, post biennium natus est, qui legum assertor esset, quem paulo ante Nomophylacis nomine insignivimus. Quia autem Nomothesia non tota subitò extitit: ut modò monitum: [quamvis initio corporis hujus juris quædam lineamenta ducta sint, prædicti Ulfflioti consilio] sed successive quædam addita, immutata, reformata; visum Nomophylaces, (quorum opera & autoritate id quoq; factum) hic tanquam efficientem causam Legum, [quamvis, ut dictum, non solam, interim tamen adjuvantem & conservantem,] recensere: per quorum

quorum succeſſionis tempora, Ariſtocratiæ duratio ad finem pertexitur: & etiam veteres illi ſuam Æram ſive annorum ſeriem digerebant: Veluti Lacedæmonij ſuos faſtos, Ephororum nominibus; Romani, conſulum diſtinguebant.

Primus itaq; Nomophylax, Anno Domini

930. Conſtituitur, Rafnerus; Cetelli Hænge f: Thorcilli Ducis Nanmedalenſis in Norvegia nepos.
950. Thorarinus Hialltæf.
970. Thorcillus Mane, Thorſteni filius; Ingulfi verò, Islandiæ primi incolæ nepos, de quo ſupra, ad finem capitis 1.
983. Thormodus, Torcelli mane filius.
996 Thorgeirus Lioſwetninga Bode: Quo Nomophylace religio Ethnica finem accepit Anno 1000. Vt ſeorſim monendum venit.
1002. Gunnerus Svertingi f. Moſſellingur.
1004. Scapterus Thoroddi f.
1028. Steno.
1032. Arnorus Thorfi f.
1054. Gellius.
1063, Gunnarus cogn: ſapiens
1065. Kolbeinus Floſonis f.
1067. Sighvaterus
1071. Gellius Iterum
1075. Gunnarus iterum
1084. Marcus & Sceggi f.
1093. Bergthorus Rafneri f.
1097. Marcus iterum

Hoc Nomophylace peculiariter adnotatum reperio, nonnulla in ll. Conſtitutionibus immutata & novata fuiſſe: Quæ tamen provincia alteri cuidam, Borealis Islandiæ civi (cui Maro ſive Marius nomen; Mar) demandata erat; ipſo

quoq; Bergthoro cum paucis aliis, ad eandem rem delectis. Quod verò ab his decretum eſt, communi conſenſu, Anno proximo 1094. in foro magno ſancitum eſt. Ex hoc genere fuit, Lex de Homicidio, prolixa & varia: nobis Wügslode: & multæ præterea ll. quæ poſtea diu obtinuerunt.

1099. Gunnarus Thorgeiri f.
1208. Vlfhedinus
1116. Bergthorus iterum; & hoc tempore Ius canonicum Islandorum, Kri-(ſtinn rettur/ſcriptum & receptum eſt.
1122. Gudmundus.
1135. Rafnerus Ulfhedini f.
1159. Finno Halleri f.
1156. Snorro Himbogi f.
1171. Styrkarus Oddonis f.
1181. Gyſſerus Halleri f.
1201. Hallerus Gyſſeri f.
1215. Snorro Sturlæ f. Autor Eddæ Lib.
1219. Titus Thorvaldi f.
1222. Snorro Sturlæ f. iterum.
1232. Styrmerus.
1236. Titus Th. iterum.
1248. Olaus.
1251. Sturla Sighvati f.
1252. Olaus iterum.
1253. Titus Einarius.
1259. Cetillus vel Catullus ad annum usque Chriſt. 1262. qui & Ariſtocra-(tiæ finem impoſuit.

De Nomophylacibus nihil præterea, quantum ad legum conſtitutiones, Ariſtocratiæ tempore, adnotatum reperi; in ſpecie quidem: Sed generalis juris corpus extat: Ex quo jam quædam leviter, & ſummis, ut dicitur, labris, libanda: hoc fine; ut appareat, quid quantumve ad Reip. Islandorum formam, & conſtitutionem, legis ſcriptæ autoritas, & valor contulerit.

Nomotheſiæ delibandæ initiò, quædam generalia rerum & perſonarum requiſita adnotantur.

VNiverſum Ius Islandicum, cum circà perſonas, vel Res verſetur; harum generalia requiſita in ipſis ll. conſtitutionibus ſæpius recurrentia, utrinque primùm, ex ipſo jure notanda veniunt: & de perſonis quidem priore loco.

Per-

Perſonæ autem in eo fuerunt diſcrimine, quo apud veteres Romanos & alias gentes. Alij enim liberi & cives tantùm. Alij ſervi. Liberi rurſus alii nati, alij facti ſeu liberti, h.e. manumiſſi. Ritus verò manumiſſionis hic fuit; ut libertatis candidatus, ab optimate, ſuæ provinciæ præfecto, in foro publico, rogatu Domini ſiſteretur; atq; civium provincialium albo inſcriberetur; Cum idem prius in leges publicas, per S. crucem manugeſtatam (puta apud Ethnicos, per aliquod aliud) ſic ferè juraſſet. Vos præſentes teſtes eſte. Ego per ſanctam crucem dejuro, me legibus obtemperaturum publicis; ut qui ritè obtemperat: velleq; poſthac juris publici manere participem: Fallenti Deus ſuccenſeat; niſi peccans mulctà luat pecuniaria, verba concepta vernaculè hæc ſunt.

Alii liberi. Servi alii.

Ritus manumiſsionis.

Iuramentum manumittendorum Feſtr Þaxtti.42.

Neffne eg votta. Þad værtti/ ad eg ır iiii eid ad kroße [Etenim deleto Ethniciſmo, hæc lex lata]. Og ſeigir Þad gndi / ad eg Mûn hallda lóg/ ſem ſa madr er vol helldur/ og vol uti vera: i Lógum med audram n. óñ: Þeinn er gnd gramur er Þui neiter/nema ſe ſyno bœti Feſtar Þœdi. 42.

Et hoc quidem juramentum qui ex ephebis exceſſebant tantũ præſtabant: Sin verò minoris manumitterentur, Iuramentum nullum exigebatur Ceterum manumiſſus optimati numulum, velut quoddam χαριςήριον pro inſcriptione iſta donabat; quales decem unciam ſeu Joachimici pondus appendunt.

Chariſterium optimati dandum.

Þening ſkal hañ gefa aoda Þeim er hañ leider Jlóg: Þad ſkal wera hiu tiundi hlu/ß Eyris/ ibid. Ad commendationem libertatis refero, quòd liberi adhuc non dum 12. annos nati, (niſi fortè hic fuit annus veteribus pubertatis initium; id quod facile largior) legitimè de re neceſſaria teſtificari poterant, non obſtantibus aljis rebus ob quas teſtes infirmari ſeu refelli poſſunt. Wijgſleda: cap. 15.

Þa er ad lógum grida beitt / ez madur nefin ſier votta/ſiñ edur fleire/Lóſiaendur/tolff votra gamlañ/man edur ellra/ſialſiñ og heimilis faſtand / attrœdañ eda yngra / ſo heilau og hrauſtad/ad hañ ſio bordi vegandi ſior ſijns og far: ſkilldi at vallda og ſkiota aff bendum boga.

» Ibi enim teſtis legitimus cenſetur (in cauſa homicidij)
» vir liber, non minor duodecim, nec octogenario major:
» (ut ſenes 70. anno. majores ad teſtimonium non coguntur,
» de Iure civili) honeſto domicilio utens; animi corporisq;
» robore, legitimo pollens: vitam & fortunas conſertà ma-
» nu tueri aptus: nec clypeum nec arcum retrectans (quib. verbis ὁπλόμαχον dicere voluit codex *Synecdochicῶs*: Clypeum & arcum pro univerſa armatura pones.) Quo loco iterum, virtutis incitamenta, in Conſtit: Juris ſæpius apud noſtrates recurrentia, videre eſt: ut ſcilicet homo liber, nomine ſuo ſe dignum præſtet: & tum demum, etiam duodecennis, teſtificandi honore dignus cenſeatur: ſin minus, contra: Sed iſta aliâs. Porrò ſervi nullo numero erant: nec ad hæreditatem (nihil enim proprium habere licuit) nec ad judicia publica, nec teſtimonia admiſſi. Quo circa etiam horum cædes multo minoris conſtabat, quam hominis liberi: Nempe Aſſis: ſeu 20. unciarum argenti XII. Aura Silffurs. Vide Nialu.

Cum liberi cædis plærunq; 100. uncijs: h.e. 8. aſſibus: & 4. unciis argenti defæcati, conſtaret. Si verò liber homo melioris notæ, aut nominis cæſus eſſet, 300. unciis; cædes conſtabat: alias majoris, alias minoris.

Hinc ſervos vivos adærandi, ſeu certo ære æſtimandi conſuetudo: Quotiescunq; venum dabantur: Vel quoties ad diſſolvenda nomina, alteri Domino in poſſeſſionem tradebantur. Quia igitur cervi & Liberi eſt, & liberti appellatio, ſæpius in exponendis juris aliquot quæ afferentur tabel-

lis,

lis, occurrit; istud præmonendum de personis erat. De rebus etiam aliquid tale generaliter.

Res hic est, ut & juris consulti locuti sunt, quicquid non est persona. Rerum autem, pretii, ponderis & mensuræ appellationes, hic tantùm annotare volui, deniceps Lectori sæpiusculè obvias.

Prætij seu valoris nomina fuerunt: Alen/Eyrer: mörck/ hundrad. Alen/quod ulnam sonat; non tantùm mensuram denotabat; ut postea dicetur, sed etiam pretium, olim & nunc: Et hac ulna prætii, inde nomen accepisse videtur; quòd olim ulnam panni Islandici valebat: Cum hodie ulna panni, duas ulnas pretij cum dimidiâ valeat. *Appellationes pretij. Alen.*

Eyrer / cum de pretio sermo, duplex fuit: Alius enim tres ulnas tales (vide de Bollone, Bollonis filio: & alibi passim) Aliàs sex, continebat; & assis magni partem vicesimam, ut ex sequentibus planum fit: Hoc discrimen ex codice etiam apertè convincitur. Mörck: Marca porrò in rerum taxatione ulnas prætii 48. seu octies Eyrir/ valebat: Hanc simpliciter Marcam Islandicam postea appellaturi sumus: Valebat unciam argenti defæcati cum duella: Eyrer Silffurs & þridiung vz ördrum. *Eyrer. Mörck*

Hundrad: Centum sonat: sed quadam consuetudine plus continet, nempe 120. & ulnæ pretij intelliguntur. Hoc nomen per assem Islandicum vertemus cujus nota)ʃ. Hujus assis partes sunt: uncia id est: X. alner.

Sextans	XX. al.	Quadrans,	XXX. al.
Triens	XL. al.	Quincunx	L. al.
Semis	Iʃ.	Septunx	LXX. al.
Bes	LXXX. al.	Dodrans	LXL.
Dextans	LL. al.	Dounx	LLX. al.

Inde As sequitur, Hundrad. al. ut dictum est. Quæ voces & Assis species, licet de ponderibus sæpius usurpentur; ta-

men cum etiam As, de divisione solidi, ut loquuntur, ut hæreditatis fundi, & aliorum bonorum, rectissimè dicatur, Assis partes huc quoq; accommodare non dubitavi. Quamlibet igitur magnam summam pretij aut possessionis, per Assem Islandicum, nostri connumerat: ut vicessis, X X ſ. centussis 1 ſſ. vel hundrad hundrada; Sic duo, tres, quatuor, &c. Centusses, ij ſſ. iij ſſ. iiij ſſ. Quod autem Gilbert. Cognatus adnotavit; veteres in æstimatione rerum, nondum introductis nummis, Bove usos esse: sive ad bovis precium omnia æstimasse; unde nomen ἀλφεσίβοια interprætatur; Id ipsum de nostratibus, loco hoc monendum venit: præcipuè pauló recentioribus: Ad bovis etiam fæminæ, sive fordœ, precium reliqua existimabant. Ipsa verò Forda, 1 ſ. valet.

Ponderum appellationes Mörck. Ponderum deinceps Appellationes fuere. Mørck Fiordungur wætt. Marca autem auri & argenti, alia erat; quàm in reliquarum rerum ponderibus. Etenim marca auri puri & argenti defæcati, 8. unciarum pondus habuit: Vbi etiam uncia Eyrir nobis dicta est. Et valebat uncia argenti, trientem ferè Islandicū. Auri verò uncia, 3. Asses Islandicos. Marca verò aliorum ponderum; idem quod semis vel sex uncia Roma Haleffpund dütsk. Tales verò Marcæ X X. pondus constituunt quod nobis Fiordungur: Quod octies sumptum facit wættam, id est, Libras Romanas & Germanicas 80.

Fiordungur. Wätt. Pund *Island.* *Mensura liquidorum.* Fuit etiam Pund; nomen ponderis: habens libras Islandicas 24. Romanas 12. Mensuras liquidorum per eadem ferè nomina designabant: Nempe Marca Liquidorum Marcam seu Libram aridorum appendere debebat. Sextarij tertiæ parti correspondens; qui habet libram cum dimidia, ut Iunio placet. Tales etiam Marcæ seu libræ Islandicæ X X. Fiordung Liquidæ mensuræ faciebant, X I I. Fiordugar; tōnam Germanicam. Mensuræ aridorum, ut panni, lintei, restium &c. per cubitum seu ulnam, aut brachium, pollices seu digitos Communes X X. continebat. Men-

Mensuræ faciebant intervallorum, vel per ulnas, vel pedes & passus: vel per hostorium: vel per teli jactum [ørsdrag] vel per itinera singulis diebus emensa: [þingmaña leider] Et hæ quidem terrestris erant. Marinum intervallum, visu solo, objectâ metâ aliquâ mensi sunt. [þadan sim sy kist abordi] Item tuño z halztunno / i Logne etc. Hinc Fiskhellge / wikasiaffar: kenumg kaust] quæ duo postrema etiam terrestribus intervallis competere posse videntur. Nonnunquã profunditate marinum intervallũ determinabant [þ not tuitng ad mauskua dyxt / standi gruñen etc. inde Not laug] Licet illic intervallum à littore quandoq; incertum & impar, Hæc ego censebam generalia esse Rerum & personarum requisita sic breviter primùm explicanda: ne in ijsdem esset consequenter inhærendum.

Nunc ad juris ipsius tabulas seu titulos aliquot pro instituto nostro accedamus.

TITULUS DE CONIUGIO.

CUm Iuris consulti definiant, jus esse præscriptum de ijs rebus, quæ in vita rectè & honestè degenda, ad alterum potissimum spectant; satis innuunt, societatis humanæ causæ, Ius & jurisprudentiam inventam esse: Omnis autẽ societatis humanæ fons & origo conjugium: cujus titulum idcirco primum rectè delibavero.

1. Qui Iure contrahant?

Titulum quo conjugii leges compræhenduntur; Festar Þatt nuncupabant; à despondendo. Vnde primum depromendum; Qui Iure contrahant.

Hi porrò usitatis consanguinitatis & affinitatis gradibus, ex jure canonico definiuntur: Vbi tamen more pontificio, certa pecunia in fiscum collata, (þad se war borid i løgrettu) dispensabatur in quibusdam gradibus prohibitis.

bitis. Vnde etiam certò colligimus hunc titulum, quantum ad prohibitiones, Episcoporum tempore mutatum esse: servatis antea tantum naturalibus & jure civili ac Divino expressis prohibitionibus: id quod etiam ex antiquis historicis facilè demonstratur.

Inopes nō Iure contrahebant.

Sed & civiles prohibitiones accesserunt; pro bono publico: Qualis est illa? Ne inopes contraherent: Scilicet qui minora bona possiderent; quam quæ sex assibus Islandicis æstimari possent. (Sim̃ miua fætti eñ hundrad sex alna aull / 1. vj^f.) Ne scilicet sua & liberorũ inopia, oneri essent Reipub. idq; sub pæna exilij f.b.g. Eadem pæna tenebatur, qui fæminam tam inopem elocasset; nisi tam opulentus, ut futuros conjuges, eorumque liberos à mendicante inopia vindicare posset; ad quod etiam jure cogebatur. Ex quo apparet hanc prohibitionem merè civilem fuisse: Indidemq; inter servum & ancillam non fuisse justas nuptias; siquidem his nihil proprij relictum: ut supra etc. Immò: Non nisi liberas personas rite contraxisse, ex varijs hujus tituli locis convincitur.

2. Qui Iure despondeant?

Quia verò non licuit privatâ voluntate contrahere, meritò hoc secundo loco despexerunt: Quinam jure desponderent. Nempe proximus hæres masculus, sedecim annos natus vel major: vel fæmina, si hæres esset, ejusdem maritus: præter matrem. Ea enim vidua, lege despondebat, Alioqui fæmina hæres non conjugata aut vidua, à despondendi jure excludebatur. c. 1. Quæ lex in quibusdam casibus, quam æqua sit, non est hic disputandi locus.

3. Formula contrahendi civilis, &c.

Cum autem alij contractus verbis conceptis fieri debeant: tum hic maximè, præ reliquis istis minime dissolubilis. Sponsus igitur & pars despondens, constituta dote & donatione

natione, dextras jungebant; ſponſo in hæc verba proloquente: Nefne og votta i þad vætti/ad þu N: faſtnar mier N: Dotter/Lóg fauſtũ/og þu handſalar mier Heimam fylgio/mz iñ ingo og efningo / allz þoß maldaga / er nu var vm ſtund med ockr tyndr og taldr: at viellan ſo og bro klauſo/heillt radr o[f]. heimillt. Hos ego teſtes præſentes voco, quod tu N. hanc fæminam N. (nomina perſonarum exprimenda erant) ſponſione legitimà mihi deſpondeas: & vi junctæ dextræ, dotem ipſam, per plenarum executionem, formalis contractus, modò coram teſtibus expoſiti, mihi tradas, citra dolum & impoſturam: ut contractus bonæ fidei & legitimus, ſibi conſtet.

Hic ſingula verba ſuum pondus habebant: ſuas cautelas & exceptiones: quas hic nimis longum proſequi. Sic etiam abſentes perſonas, alteram vel utramq;, amici aut conſanguinei invicem deſpondebant: requiſitâ prius partium liberâ & integrâ voluntate. Acceſſit quoq; poſterioribus temporibus ritus, quo ſponſus dextram cum ſponſe jungens, matrimonium verbis conceptis, de præſenti ut loquuntur, contrahebat.

Multa hic prætereà, de variis, circa matrimonium & nuptias, circa dotem, cum profectitiam, tum adventitiam & donationes; parapherna ac antipherna, caſibus.

4. *Pugnantia matrimonii.*

DE repudiis item & divortiis multa: De ſtupro, raptu, adulterio, inçæſtu. Quibus omnibus pœna graviſſima infligitur. Nec ſolum his, ſed etiam baſiis, ſed amplexibus clandeſtinis. Baſiis quidem exilii pœna; ſi invita fæmina fierent. Si conſentiente; trium marcarum Islandicarum. Certa etiam in variis ſtupri ſpeciebus pænæ menſura & modus. Liberæ ſtuprum graviſſimum, ex ſolutis & ſanguine non junctis: Capitis n. diminutione conſtabat. Hinc libertæ ſtupri pœna fuit exilium: Deinde ancillæ, trium marcarum Islan-

Baſiis & amplexibus illicitis pœna irrogata.

dicarum. Unde quivis de gravioribus illis raptu, incæstu, adulterio conjecturam faciat. Nempe capitis diminutione maxima constabant. Hic etiam cautum; si soluta prægnans, tutorem celasset, ex quo concepisset? nempe tormentis, à quibus tamen non esset infanti metuendum, veritas extorquenda erat. Item: Quæ pœna parentem mentitæ? Exilium.

Quæ omnia, si cum modernis statutis & cõsuetudine in media Christianismi, ut loquuntur, luce recepta, conferre; hancque ad illa accuratius exigere vellem; vereor ne mihi aut exilium, aut quid gravius subeundum foret: Quod tamen non obstabit, quin quæ mearum sunt partium, suo loco & tempore, & coram iis, quorum hujus rei interest, liberè dicam. Interim hac occasione monendi nostri politici; ut vel ex hoc veteris seculi rigore, ad libidines & scelera, non minium connivere discant.

TITVLVS DE SVCCESSIONE *hæreditaria.*

CONstituta ratione, qua liberi legitimè susciperentur per justum scilicet matrimonium vel Nuptias: proximum erat tradere; quomodo hi, tum in parentum, tum aliorum consanguineorum bona legitimè succederent. Fiebant enim successiones ferè ab intestato, olim præsertim (media tamen ætas testamentis nonnihil tribuebat) ut & hodie, Nihil enim testamento legare, neque per donationes alio conferre, ac à legitimo hærede alienare, sine hæredum consensu, olim licebat: Qui rigor hodie, quantum ad donationes attinet, nonnihil remisit. De qua re in Godice. Cæterum Ius adeundæ hæreditatis, cognationis gradibus sic definitur.

II. *Tabula graduum successionis hæreditariæ, de jure veteri.*

1. Patris matrisvè familiâs defunctorum hæreditatem capiunt filii familiâs : hoc est, ingenui & legitimi, & tales qui ad hæreditates lege apti sint. Atq; ita lex excludit incæstuosos : spurios & ex injustis nuptiis natos. **Bo nu a ad taka arff ad faudur biñ og modur/ frialsboriñ/ og arff gein gur.**

2. Deinde filiafamiliâs : (Non extante scilicet filiofamiliâs : id quod in sequentibus semper intelligendum.)

Videri autem potest hæc lex in filiamfamiliâs valdè iniqua : Præsertim earum nationum respectu, ubi filiafamil. filiofamili. in successione hæreditaria potior habetur, &c. Sed ut ij, qui sic sancierunt, rationem fortè sui instituti reddere possunt : ita etiam nostratium hanc legem, Spartanæ consuetudinis Exemplo & interpretatione, emollire liceat. Non enim dubium est, quin quod lege à Spartanis statutum est, virgines sine dote nuptum dentur; ex hac nostratium lege, aliquando fuerit consequens; ut scilicet filiæfamiliâs hæreditatis parentum expertes, extantibus nempe filiisfamiliâs sine dote nubere, coactæ sint: Id quod nostrates cum Spartanis sic statuisse procul dubio rear; quod in negotio gamico, virtutes virginales, plus quàm dotem spectari maluerint. Tum etiam ideò: ut quibus conjugium indotatum cordi esset, ejusdem copiam haberent; ad vitanda scilicet dotatæ insolentiæ incommoda, &c. Hanc tamen legem de filii & filiæfamiliâs imparitate, posterior ætas circa annum 1271. Sic mitigavit, ut filius in duabus unciis, filia in una, parentibus succederent: Eodem rursus neglecto in nepotibus: ubi nepos in solidum succedit; exclusa nepte &c. ut libr. iij, monendum venit, &c.

Tertio loco ad hæreditariam ſucceſſionem cenſetur pater Patriam quoque poteſtatem gerens Dominus Liberti ſui vel libertæ hæreditatem, deficientibus liberis naturalibus & legitimis adito. Idem juris eſt, ſi libertinorum filii ſine liberis decedant: id quod de eorundem patrimonio intelligendum, ut quod à priſco Domino profectum eſſet: Nam ſi quid reliquum; aut proximos cognatos devolvebatur. Idem quoq; juris, ſi libertus alium manumittat: & ſic liberti libertus ſine liberis decedat; Hæreditas primò ad manu mittentem libertum; Deinde ad priſtinum illius liberti Dominum redit. Quod ſi libertus bona ſua, vel per adoptionem, vel aliâ aliquâ ratione alienare & Dominum hæreditate fraudare tentaverit, Domino manumiſſionem retractandi jus relictû eſt; & bona nihilominus, etiam vivo liberto occupandi poteſtas: Eademque poteſtas relictis Domini hæredibus. IIII. Quartus ad hæreditariam ſucceſſionem cenſebatur frater ὁμοπάτειος. V. Quinta: Mater. VI. Sexta. Soror ὁμοπάτειος: VII. Frater ὁμομήτειος. VIII. Soror, ὁμομήτεια. IX. Filius illegitimus. X. Filia paris conditionis: uterque naturalis tamen: ut etiam recentioribus conſtitutionibus declaratum eſt. XI. Id quod de fratribus & ſororibus illegitimis tenendum: Qui his proximè ſuccedunt, eo ordine quo legitimi. XII. Avus paternus. XIII. Maternus. XIV. Nepos ex filio. XV. Ex filia. XVI. Avia paterna. XVII. Materna. XVIII. Neptis ex filio. XIX. Ex filiâ. XX. Patruus. XXI. Avunculus. XXII. Nepos ex fratre. XXIII. Ex ſorore. XXIV. Amita. XXV. Matertera. XXVI. Neptis ex fratre. XXVII. Ex ſorore. XXVIII. Deficientibus his jam enumeratis; ex æquo ſuccedunt patrueles: in ſtirpem ſcilicet; non capita. Deinde conſobrini. Hinc amitini eadem ratione ſervata ubiq; ſexus differentia, ut mares, & à maris ſtirpe prognati, fæminis potiores habeantur, in

gradu

gradu æquali: Sic, ut de filio & filiafamiliâs dictum est.

Hic notandum, jure veteri non esse definitum utrum fratres & sorores ἀμφιθαλεῖς seu utrinq; conjuncti & horum liberi, reliquis, ab altero tantum latere conjunctis & horum liberis, in successione jure, potiores habeantur:

XXIX. Ex remotioribus utpote sobrinis & sobrinorum liberis &c. ut quisque sanguine proximus, ita ad hæreditatem primus censetur.

XXX. Tandem verò, non reperio, qui defunctum cognatione attingeret, bona vocantia, istius provinciæ magistratus, in qua quis obiisset, occupavit.

XXXI. Lege etiam obtinuit ἀλληλοκληρονομίας: sive mutæ successionis Pactum; ex semisse vel etiam triente; aut aliter; inter conjuges aut commilitones receptum: qui ex societate bonorum seu damni & lucri mutua communicatione, invicem devincti essent. Sunt præterea multa huc spectantia, quæ omittimus: ut si quis in Gronlandia aut aliis terris non præsentibus hæredib. diem obiisset: Quomodo nempe bona relicta, ne legitimo hæredi fraus fieret, tractanda essent: Aliiq; casus pene infiniti, &c.

2. Tabula exhæredandorum.

Certis porrò de causis quibusdam hæreditatem adire non licuit: ut sunt:

1. Stupidi & sensus communis expertes: hic etiam conjugio interdictum sine consensu tutorum & liberi ex his nati exhæredandi erant.
2. Geniti ex libero & ancilla: & contra.
3. Cujus mater post diem 40. conceptione manumissa est. Natus tamen inter liberos habebatur; sed qui denuo manumittendus esset:
4. Cujus pater à Domina manumissus est, ut ei nuberet.

5 Cujus pater vel mater capitis damnati sint: etiam in conjugio nati, nisi in exteris nascantur.

6 Parentibus mendicis natus, & ipse hostiatim educatus: quamdiu sc. hostiatim vivit, & triennium à mendicationis tempore proximum. Excipe morbo aliquo affectos. Hujus supra fuit mentio.

7 Infans nisi vivus edatur, & cibum capere possit, ad hæreditatem non pertigit. Quamvis scilicet post diem à conceptione 40. hæreditas aliqua obtigisset.

8 Quorum pater octogenarius, sive hæredum consensu uxorem duxerit; alias hæreditates, quam patris, adeundo &c. Nolebant enim senem liberos procreare, quos per ætatem sustentare non posset; si inops; sin dives; vetitum senis hæreditatem per nuptias non necessarias à primis hæredibus alienari. Vide pœnam secundarum nuptiarum, de jure civil: & quod & quos sine filiornm consensu aut defuncti concessione, non licuerunt. 9 Liberi ex posteribus nuptiis in bigamia suscepti; exhæredantur.

10 Fœminæ etiam, natorum parentem celantes.

11 Si quis hominem spe adeundæ hæreditatis necavit, per se vel alium, occisi hæreditatem nũquam adito &c. Sunt & alia hujusmodi. &c.

3. *De Tutelis.*

QVia sæpe pupillis & infantibus hæreditates obtingere solent; Legem de tutelis eodem titulo nostri conjunxerunt non minus prolixam quam variam: cujus summa est: *Tutela jus, hæreditariæ successionis ordinem sequitur.* Viris n. ante 16. æta. annum, fœminis, ante 20. hæreditaria bona usurpare non licuit: nisi viduis, si nupsissent legitime. Iis etiam ante 16. annum bonorum suorum ususfructus lege concessus est: ut ex cognatorum tutela, ad eas jure cognationis pertingens.

Tute-

Tutelæ ſimilis eſt cura ſive curatio: furioſi, prodigi, muti, ſurdi, vel alioqui perpetuo morbo laborantis; omninoq; omnium qui rebus ſuis proſpicere nequeunt; Majorum ſc. quam qui pupillorum nomen merentur. Vtraq; autem *Tutela* nempe & *Curatio*? vel legitima eſt, vel dativa: Legitima; quæ ipſo jure & lege cuipiam competit. Dativa quæ à legitimo tutore vel curatore; vel à quopiam in propria poteſtate res ſuas habente (ut hic jam curationis nomen nonnihil extendamus) aliis datur & refertur. Hæc enim tutelæ & curæ quædam translatio jure veteri & novo obtinuit. Porrò hic tutores & curatores non tantum ob bona tuenda & curanda, ſed etiam ad pupillos alios que natu majores pupillorum vicem gerentes jam inopes & egenos alendos & educandos dati: Servata exceptione de mendicis non alendis ſupra &c. Hinc Omagabalſur.

4. De fundis intra certum tempus repetendis.

AD hæreditatis occupandæ & uſurpandæ iuſtam ætatem, quum quis perveniſſet; ſi quæ bona immobilia ad ipſum lege pertinētia, tutorum mala fide aut incuria alienata fuiſſent; Eadem repetendi certum tempus & modus deſcribitur: Et *tempus quidem decem annorum utilium*, ut periti juris loquuntur; Hoc eſt: ex quo tempore quis ſcivit bonorum poſſeſſionē ſibi competere; eaq; ſive per ætatē quæcunq; ſine alia, quæ pro legitimo repetitionis impedimento æſtimantur, petere potuit: ut ſunt furor, imperitia, &c. Modus verò repetendi & caſus eodem ſpectantes, tum latè, tum diſtinctè exponuntur; ut vix in ipſo jure civili quicquam diſtinctius. In quam materiam, ut plærasque brevitatis ſtudio, falcem non immitto.

De

5. De fundorum limitatione & distributione.

VT verò quis fundis & prædiis sive urbanis sive Rusticis legitime uteretur Leges de agrorum distinctione accesserunt: quæ vel per aggerem, vel rivos piscosos & flumina, vel per limites saxeos, nonnunquam horum loco colliculos vel monticulos terræ peculiari ratione insignitos; vel in sylvis, per arbores peculiares, fiebat: vel alioqui ductas ab uno certo loco ad alium lineas visuales horizontem recta intersecãtes. Qui bus limitibus nomina propria indiderunt, ut ad posteros faciliùs transmitterentur.

Prædium, urbanum & Rusticum; non loco scilicet usu, cum iuris consultis distinguo: ut prædium urbanum sit, quod habitationi inservit ubicunq; fit sive in urbe, villis vel pagis &c. Islandic. abstr.

Gradium autem unum & idem si ad plures dominos spectaret; Domuum, agri, pascuorum distributio & æquatio fiebat, omniumq; commoditatum huc spectantium, ut sylvarum piscaturæ, Aucupii & lignationis in locis maritimis ubi fluctus, ut aliá, sic etiam ligna sive arbores, undarum alluvione excoriatas, magno procurationis Divinæ argumento, (in qua agnoscendá & extollendá, me tavtologiæ non piget) in littus ejiciunt. Hæc fundorum & ad fundos pertinentium commodorum, æquatio, semel legitime facta, nunquá iterenda fuit aut infrigenda. Sed ut lucrum sic periculum, & damnnm, singulorum proprium fuit, non commune.

TITVLVS DE CONTRACTIBVS.

QVum itaq; quis in hæreditatem justè concessisset, quia etiam in commerciis humanæ societatis nervus quodammodo situs est. De contractibus Leges additæ; De emptione, venditione, locatione, conductione rerum, sive mobilium: sive immobilium. De servitutibus item, quas reales Juriscõsulti vocant: quæ in quo sunt apud illos discrimine; ita ferè apud nos. Est autem servitus realis seu prædialis; conditio, qua jura unius prædii minuuntur, alterius augentur.

(Jtauk vernacule) vel etiam agendi habendive aliquid in alieno prædio, ad sui prædii emolumentum: Hic quoque

multa

multa de pecudum aliarumq; rerum legitima æstimatione: ad usuram cavendam: deq; earundem possessione & cura: ne aliis damnum importét, per usum scilicet alterius agri aut pascuorum illicitum; qui per justum contractum fit licitus. Proindeq; de aliis legitimi contractus pugnantibus; utpote de contractib. illegitimis juredico processu infirmandis: De furto, Rapinis, & horum maleficiorum variis speciebus & pœnis. Summa: Quomodo cui suorum bonorum ususfructus legitime & sine alterius injuria constare posset: & quomodo damnum alterius bonis illatum resarciri debeat: Denique quomodo contractus & commercia terra mariq; ritè exerceantur: Quo circa etiam jus nauticum huc pertinet; Farmauaroff [der Soerecht.]

TITVLVS DE HOMICIDIO; QVI *omnes injurias in famam, corpus vel vitam hominis illatas, continet, &c.*

CÆterum licet commercia vitæ humanæ optimis legibus fuissent constituta; tamen experientia olim & nunc testatur, quàm ægrè quàm difficulter sit legibus à multis obtemperatum. Unde variæ in vita communi contentiones, de rebus etiam inimicis, nedum amplis bonis, locupletibus prædiis, patrimoniis, hæreditatibus, quæ priscis sanè temporibus, vix sine sanguine diremptæ: Imò ex verbere aut verbulo, nedum vulnere, infinita mala exorta, cum plurium etiam nece conjuncta, animis vindictę cupiditate ferventibus. Quibus malis, ut modus & meta aliqua poneretur, titulus de homicidio conditus est: Nobis Wiigslode: qui omnes injurias famam vel corpus humanum tangentes, complectitur: itaq; etiam hic de verbis injuriosis, quia scilicet hinc sæpe ad reales illas injurias, quæ in ipso facto consistunt, ventum esset.

ſet. Hæc vero lex reliquas ſui varietate vincit, miro & multiplici juris proceſſu. Non ſolum itaque homicidium, ſed etjam vulnera graviora (puta cæde parum diſtantia, quæ corpus vel membrum aliquod perpetuo inutile redderent) nunc exilio, nunc gravius pro circumſtantiarum varietate, plectebantur. Erant enim etiam quædam injuriæ impunito vel minus punito homicidio, intra certum temporis & loci terminum (quantum nempe Iaculi vel Sagittæ ictu circuari poterat: ørdrag: þ er wettfangt) vindicandæ.

Homicidium verò involuntarium aut furioſi, certo modo plectendum. Habuit etiam plagium; habuit αὐτοχειρία ſuas leges: αὐτοχειρία autem hic duplex: aut mente capti: aut compotis mentis. Compotis mentis, aut necans; aut ſaltem vulnerans, ad dolum malum alteri cuipiam faciendum; qui facti vulneris autor falſó accuſaretur. Definita omnibus his pœna non levis reperitur. Porro homicido, trina confeſſione, nempe apud tres colonos, ei loco in quo cædes facta eſt, maxime vicinos, de proprio ſcelere teſtari debebat; ante ejusdem ſolis occaſum, quo cædem feciſſet. Sin minus homicidium nefarium, hoc eſt: nulla ratione expiandum, decernebatur, niſi vitæ propriæ & bonorum omnium jactura. Mord. Hinc tamen certæ exceptiones quas videris alibi. Homicidii verò compenſatio, ad hæredem legitimum pertingebat: Præterquam quod ad matrem ſuperſtitem, tertia pars redundaret, patre vel fratre cæſi exiſtentibus hæredibus. Ad Tutorem etiam vel curatorem hæredis occiſi, ſi pupillus eſſet, vel pupillo ſimilis. Vel ſi fœmina nupta hæres eſſet; ad ejusdem maritum triens compenſationis pro homicidio factæ redibat, tanquam ſuſcepta moleſtiæ in illa juris executione honorarium. Wigſl 62.

Hîc præterire nequeo; quod cum titulus de homicidio lateparteat & ſuſe tractetur parricidii mentionē nullam invenias:

Eam.

Eam procul dubio ob causam, quam Lycurgus Spartanus ille legislator reddidit, quærenti: Cur is in suis Rhetris & institutionibus nullam parricidio pœnam statuisset? nempe, quia nullum eo dementiæ processurum crederet, ut parricidio se inquinaret: Quod idem responsum pro nostris veteribus Nomothetis afferimus. Sed & conviciis ac probris, oratione legata vel secus, coram vel aliter, in aliquem jactis graves animadversiones obiectæ: ita etiam ob hæc, cædis in præsenti ut loquuntur, commissæ culpa mitigari potuerit. Denique de cæde, à cane, tauro, urso, cicure facta, certæ leges. Quas omnes ut in præcedentibus titulis, abrumpimus consultò, hanc spartam aliis forsan relicturi: Qui ingenio & Academico otio magis abundabunt; ut corporis juris nostratum anatomen, ex professo instituant: Sicq; ex diligenti anatome, Epitomen conficiant ordine aliquo magis logico omnium oculis subiiciendam. Qui demum ingenuus magis & idoneus fuerit, in hoc sanè literarum humanarum genere, ad vitam communem studiorum fructus, quam vel tabernas, vel quid deterius sequitur, vel alioqui annos juveniles in otium illiberale convertere: vel etiam, eosdem in undis Sciolorum ostentamentis consumere: aliosq; velut ex alto præ se despicere: Proprium enim est fere ejusmodi ingeniorum fastum in æquales, in superiores adulationem exercere, relictâ interim penitiore illâ sapientię moralis cognitione (quod nihil aliud est, quàm pro Penelope ancillas amplexari) qua societas & vita humana maxime indiget: quæq; secundum Divinas literas, ex historiis & variarum gentium, moribus, institutis, legibus, invicé collatis, potissimum hauritur: Nam alioqui historia quæ etiam leges & instituta gentium, complectitur, non esset vitæ humanæ magistra; Quia laude eximia: apud Cic. 2. de Orat. ex imitatione Plat. in Cratylo; apud Herodotum libr. 1. apud Livium præcipue, & alios excellere meruit.

CAPVT IX.

Monomachiæ Leges & Sacramenti Ethnicorum ritus.

Illa tamen in historiis manu scriptis repe- riuntur.

ET constitutiones juris Islandorum, sic leviter degustasse sat erat: Fuerunt autem præterea alia quædam, consuetudine recepta, quamvis in jus scriptum, sive juris codicem non relata: quæ perinde, ut jus scriptum valebant. Tales sunt Monomachiæ leges, & sacramenti exhibendi ritus. Monomachiam vel singulare certamē inituri, scāna vel spatium quoddam, quod non excederent, positis terminis, describebant: idq; vel Lodice seu stragulo quodam, pedib. certantium substrato: Vnde si alteruter profligaretur, trib. marcis argenti defæcati salutem redimere tenebatur. Qui humum cruore prior tinxisset: victus censebatur: idq; ut appa- ret, in certaminibus minus seriis, tanquam ludis gladitoriis: vel describebatur Martis illis cāpus, facto circa quopiam, ut per cācellos ligneos, aut aliud simile: & hi cancelli Hesleftein- gur dicti sunt (Inde etiam Phrasis, ad haſla auðrum voll: Idem quod Bioda / a holm ad singulare certamen provocare) Idcirco quia forsan cancellis istis primum corylus, qui Hasel- bawm & Haselnůßbawm dicitur Germanis, materia fuerat. Vt appareat hanc rem & rei appellationem, ex iis terris acceptam ubi coryli nascitur. Victor aūt. (in hoc certamine magis cruento) Omnium bonorum victi hæres evasit [þaz var vergid til arffs.] Partā verò victoriā, è vestigio taurus immanis productus est, quem si victor unico ictu non interficeret, victi cognatis contra victorem agendi jus fuit. Quibus Monomachiæ legibus Egillus Scallagrimus nostras, non semel vicit; & in amplissimas possessiones victorum successit. Ea

con-

consuetudo, ut minus æqua, circa annum 1006. abrogata est. Quin autem duello, lites forenses de prediis, hæreditatibus, dotibus, nonnunquam diremptæ: ita, ut bona controversa victori cederent, sine majore jactura bonorum victi. Idem autem juris; sive quis ad duellum postulatus, recusaret; sive certando vinceretur. Erat etiam quoddam mirabilius duelli genus; quod in capacissimo vase supernè clauso, exercitum est: ubi etiam baculus ligneus, cubiti lõgitudine, ensis loco fuit: Quo certamine Thorgisellus Orrabeinius nostras; Randidum Scotiæ dirum pugilem superavit. Vtrobiq; autem obtinuit, ut provocatus, priore loco ensem, (vel quod ensis loco erat) vibrando feriret. Etenim hoc seculum conflictus non præcipitabat: sed per vices quasi manum conferentes, feriebant; ut Saxo vere annotavit. Erant enim præcipuè in illa aperta Monomachià (quam sic apello respectu ejus, quæ in vase concluso fiebat) Galeà, Clypeo, ense & hasta instructi pugiles: Cujus rei lib. 2. Quædam exempla dabuntur: ubi de gestis celebrium Islandorum. Talis Monomachia fuit.

Sacramentum Ethnicorum hic commemoro, quo veritatem inprimis asserebant: vel criminis alicuius suspecti; vel aliquid magni momenti, sine testibus asserentes, vel foedere sociali unus alteri fidem jurantes hoc fere ritu. Cespité oblongum veluti laminam quandam, humo excisum, & in fornicis morem surgentem, ita ut fines ambo humi affigerentur, de veritate testaturus subire jussus est: Super quem si nullo fulciente non corruit fornix ille cespitius, fidem meruit; Sin minus criminis falsi damnatus est. Non sane illud suum sacramentum Ethnici minore cum religione præstabant; quam hodie passim suum jusjurandum Christiani.

Þad war ſkyrſla i tyd Hóſkulldar / ad ganga ſkylldi vnder Jarr dar men / þad / er torfa var riſtin wr welli ! ſkylldi Endarner vora faſter i wellinn / Enn ſa madur er ſkyrlluna ſkilldi fram flytra / ſkyſt di þar ganga ùnder. Þa vard ſa ſkyr / eſt torſſan ſiell ecki á hñ : ockt þottuſt heidner menn eiga minna i abyrgd / þa er ſlyka hluti ſkylldi fremia / enn nu þtdiaſt eiga kriſtner menn / þa ed ſkyrſler tru giórvar 2c. Laxdæla.

Sin eodem Sacramento fœdus erat ; haſtam fornici, pro fulchro ſuppoſuêre , ſub quo etiam confæderandi, duo, tres, pluresve conſiſtentes , cruorem manibus, aut aliunde, ferro elicitum, una miſcebant: ad mutuam fidem hoc pacto obſignandam: quare hoc ritu potiſſimum τὸ Συμμάχικον ſancitum & juratum eſt ; ut ſic Confæderati velut quidam Συμμαχοικὴ ἰσπμάχοι eſſent: ubi id præcipuè unicuiq; incumbebat (præter mutuum auxilium quo in vita unus alteri devinctus erat) ut uno cæſo, reliqui, ſuperſtites, ſive unus ille, ſive plures τοῦ Συμμάχου necem , quavis ratione ulciſcerentur: idq; elicitus corpore cruor ſignabat ; etiam ſanguinem , adeoq; vitam, in mutuam ſalutem vel ultionem impendenda. (Vide hiſt. de Gisla Sueſſon.)

Sed & hunc ritum aliqualis pœnæ, ſubjectionis vel ſatisfactionis loco, uſurpatum reperi ; cum peccatum vel offenſa aliqua hoc pacto luenda fuit, ut nempe quis ſub terreum fornicem, aliqua tamen ratione ſuffultum (quia tum ſacramentum nullum ſuberat) ſemel aut iterum ſubiret. Honn atti ganga vnder tuó Jardarmen. Hinc quidam, cui de oſtenſa , hoc pacto ſatisfactum eſt, gloriatus eſt , adverſarium ſuum infra ſues dejectum: [Nu hefe Suyn beygt h. Vid. Vatrælu etc. Sues enim roſtro tantum, non vertice , humum ſubnitrant.]

CAPUT X.

De Mutatione Religionis Islandorum.

QVod de priore statu Reipub. Islandorum reliquum adhuc videtur, Religionis mutationem concernit: quæ in annum Aristocratiæ 126. (à primo incolarum ingressu si numeres) id est: Anno Christi 1000. incidit: ubi etiam totalem, ut sic dicam mutationem intelligo. non particularia certamina & labores, quibus plusquam 20. annos in Christiana religione indaganda sudatum est.

Olaus Tryggo, nomen habuit, inter Norvegiæ Reges quidam; non solum Norvegiæ, sed totius Europæ Imperio dignissimus heres: quicquid alii, sive per inscitiam & ignorantiam historiarum, sive per invidiam criminentur. Hic cum in exteris, militiæ, non tantum Castrensis, sed etiam Christianæ, non dicam tyrocinia, sed magnos profectus fecisset: videretq; tempus jam esse, quo sibi per Regii Sanguinis lineam & successionis ordinem, Norvegiæ regnum adire liceret: Patria jam aliquot annis, immanis monstri, Haquini Maligni & Divitis (utrumque enim cognomen habuit) Præfecturâ & tyrannide fœdatâ, Regios animos & audaciam, occupandæ Norvegiæ sumebat Anno Domini 996. Deo optim. Max. motus tam Heroicos gubernante, & in præsentissimis Haquini istius insidiis, aliisq; periculis, sæpius objectis, ad divini Numinis gloriam & multorum salutem, secundante. Pronepos verò Haraldi Pulchricomi, Monarchæ Norvegici Anno Christi 932. demortui ex maribus descendens, ille Olaus fuit: Qui non tam Regni obtinendi, quod ipsi tamen jure debebatur, cupiditate, quàm majoris & augustioris rei audendæ studio, Norvegiam adiit, Anno prædicto simulq;

mulq; Monarchiam obtinuit: Cæpitq; veteri religioni Ethnicorum extirpandæ,totus illicò non fine fructu incumbere: quæ res ab huius Olai patruo magno patruum feliciter, circa ann. C. 933. aut quartum, (Haquino nempe Adalstenio, qui in Anglia religionis Christ. femina imbiberat) tentata, meliores fucceffus nunc experta eft; quamvis non fine maximis & difficilimis certaminibus,prout ex huius Herois vità in hiftoria Norveg.defcriptà cognofcitur. Hic inquam Norvegiæ Rex, fecundum Deum opt.max. totalis converfionis, autor fuit Noftratibus. Antea verò in particularibus fidei indagandæ certaminibus, Thorvaldus quidam Conradi filius de Bilià, Borealis Islandiæ civis, laudabilem operam navavit. Qui poft longinqui orbis peregrinationem, & fidem ac baptifma facrum in Saxonia Germaniæ fufceptum, quendã Fridericum, melioris fidei Profefforem, fecum in patriam adducens, religionis Chriftianæ præco extitit circa an. 982. In quo propofito cum Thorvald. minus quam fperabat,proficeret,vale patrię & penatibus dicto,exacto quadriennio fecefſit,Græcià,Syrià aliisq; remotiffimis terris peragratis,Cõftantinopoli feliciter mortuus. Interim tamen inde factum exiftimamus, ut Anno Chrifti 984. ædes facræ quibusdam Islandis inufu effe cæperint.

Cæterum Norvegus ille Rex Olaus; Cum jam in Norvegia negocium fidei, ad bonam frugem promoviffet; velletq; de Islandiâ & infulis vicinis aliquid tale tentare; mifit huius rei gratia Stephnerum quendam ad Islandos, Islandũ: Sed irrito conatu. Mifit deinde alium, circà an. 97. Thangbrandum nomine,Sacerdotem officio,qui quamvis difficulter, apud quosdam tamen nonnihil profecit. Nec defiftit in fanctiffimo propofito Rex laudatiffimus: Qui Islandos in Norvegia prius facro fonte ablutos, tertium in Islandiam ablegavit. Gyfferum quendam cogn. Album: & Hialtam

Sceggi

Sceggi f. Anno Ghristi 1000. Qui in foro Magno insulæ id obtinuerunt tandem: ut Idolorum cultu seposito in Religionem Ch. juratum esset: Huic negocio primum annuente & favente Thorgeiro Liosswetninga Boda/ illius temporis Nomophylace ex Boreali Islandia oriundo: qui ad eam rem prolixâ & efficaci oratione, populo, & magnatibus præivit.

Idem cum præstantissimus hic Norvegiæ Rex, eodem quoq; An. de Gronlandiâ, etiam obtinuisset: ut & ante biennium, de Insulis Farensibus appellatis & Hetlandiâ; Hujusque rei tam lætos successus ante ejusdem Anni millesimi autumnum accepisset; magnas ac immortales, æterno numini, agêre gratias: Idq; inquam, ante illius anni autumnum quo is postea, vel ut concredito munere probè defunctus, in pugnâ Gryphisvoldensi, adversus trium potentissimorum Boreæ Principum vires, imparatus, & modica classe dimicans, non tamen virtute, sed voluntariò consilio victus, cedebat: ut videlicet tertium illum Principem, Ducem, Ericum, Haquini illius Maligni & Apostatæ filium, de fide Christiana, si vinceret, votum facientem, Christo lucraretur. Cessisse autẽ dixi Regem, non occubuisse: Prælio enim navali, natando excessit: multisque postea annis, ut ex histor. Norveg. demonstratur; Supervixit in exteris vitam Monasticam amplexus. *Vide nostram Gronlandiam.*

Et jam Islandi fide Christ. hac ratione imbuti consilium de Religionis Antistibus ineunt: Quiq; aliis Regius antea legatus & orator, de fidei initiis autor fuerat Gysserus Albus, (Islandiæ Meredionalis civis erat; ut & Collega, Hiallta) exemplo quoq; suo ad eandem fidem & religionem ornandã, reliquis præluxit: Filium enim Isleifum studiorum gratia Erfordam ablegavit, effecitq; ut is in patriam reversus Episcopatus munere dignus censeretur. *Episcopi Isla.*

Isleifus itaq; huius dignitatis primus candidatus, Romam invisit, Anno 1056. perscriptoq; pontificis mandato ad Bremésem Archiepiscopum, ab eodé in feriis Pentecostes ordinatur. Salutavit aût. in itinere Henricum Imperat. & filium Conradum, in quorum gratiam donato urso Gronlandico se insinuavit. Reversus in patriam Anno 1057. Cathedram Episcopalem in prædio suo Vrbano & avito, Scalholltia, in Islandia Meridionali sito fundavit. Cathedræ etiam scholam aliqualem adiunctam habuisse legimus, ex qua Ionas Ogmundus, Holensis, & Colerus Vicensis in Norvegia, Episcopi exierint.

Isleifus Scalh. 1. Episc.

Cathedra Scalh. fundata.

Schola Island.

Hic monendum, quod & alibi annotavimus, Religionem sacram apud primos huius gentis Episcopos, Syncериorem viguisse, quàm posterioribus temporibus: ubi nempe pontificio fermento magis magisque infecta est: Id quod vel ex sacerdotum conjugio, aliquot Episcoporum tempore nequaquam interdicto, colligimus: Nam & hic Isleifus Scalh. Episcopus primus, uxorem duxit, Dallam, Thorvaldi de Halse in Fniosca dal/ filiam, ex qua filios tres reliquit: Anno 1080. decedens.

Religio adolescens syncerior.

Successit Isleifo trium filiorum unus, avo cogn. Gysser. Hic maximis animi corporisq; dotib. prædicatur: Erfordam ubi & pater, bonis literis operam navavit; & plurimas alias terras vidit & urbes. De ipso Horaldi Crudelis Norv Regis celeberrimi, talé judicium fuit: Gysserum à tria hæc satis aptum fuisse: ut vel Regem seu terræ præfectum, & belli Ducem & Ecclesiarum Antistitem ageret. Mira sane ipsius autoritas apud novitios Christianos in patria, inde apparet, quod is, leges de decimis primus omnium, nullo refragrante, per Marcum Sceggi f. Nomophilacem, Anno 1097. ferri curaverit. Is Anno 1081. cum pater Isleifus nuper decessisset ab exteris reversus, noluit in terram descendere, multo minus con-

Gyss Scalhold: Episc, II.

conventus incolarum frequentare, Epiſcopatum refugiendi ſtudio: donec cognoſceret Guttormum quendam in Epiſcopum Scalhold. deſignatum. Qui deinde in primo conventu, quo ſui copiam Gyſſerus faciebat, oblatum munus conſtanter recuſavit; ita ut Gyſſerum ad illud idem ſuſcipiendum, Incolæ mox adegerint. Qui jam quadragenarius, Pontificem Rom. ſalutans, ab eodem ad Moguntinum Epiſcopum ordinandus amandatur, Anno 1082. Et Anno ſequente Cathedram adit. Vxorem quoq; hic habuit, Stenunam Thorgrini filiam.

Hujus Epiſcopatus Anno 26. id eſt: Chriſti 1106. In Boreali Islandia peculiaris Epiſcopatus fundatus eſt; Quem primus geſſit Ionas Ogmundus, vir magni nominis ex meridionali Islandia oriundus. Is jactis in ſcholâ Isleifianâ bonarum literarum fundamentis, exteros inviſit. Romam usq; penetrans. Deinde cum in aula Svenonis Alfivii Daniæ regis aliquantiſper vixiſſet, in patriam reverſus Epiſcopus deſignatur Islandiæ Borealis: Qui ſimiliter ſalutato Pontifice, in Daniam ad Lundenſem Archiepiſcopum ablegatur. Hiallta vero nomen fuerat, provinciæ cujusdã Borealis Islandiæ Hialltædal, Eponyme: Qui ẽt, ibidem prædium Vrbanum habuit; Olim Hoff. poſtea Holas dictum. Iſtius Hialltæ relicti filii, novum, Religionis novæ, Antiſtitem & Epiſcopum, prędictum Ionam Ogmundum, adeo cupidè amplexi ſunt, ut ad Cathedralis Eccleſiæ fundationẽ hæredium illud ſuum Hollenſe libenter impenderent. Fratrum uni Oxerus nomen (vel Taurea) qui antea Holis ædem Sacram extrui curarat, tantæ magnitudinis, ut Islandia parem non habuerit. Lignea hæc fuit, ut & multæ aliæ: ſed tecto plumbæo: Quæ & ignoto caſu conflagraſſe fertur: aliâ, multo inferioris magnitudinis, ſubſtitutâ; Quam hic Ionas Ogmundus diruit prioris iſtius amplitudinem, novæ ædis reſtauratione affe-

Epiſc. Hold. fundatus.

ctans. Cuius, Ogmundianæ nempe ædis vestigia, Cathedra Holensis etiamnum retinet; subinde à variis, prout usus postularat, refecta. Saxa verò hic Episcopus in vicino monte versus Euronotum sito, effodi primus curavit; lateres referentia, tum colore rubeo: tum materia quoq; sectili: Vnde altare templi & gradus juxta altare fieri fecit. Unde etiam successu temporis, totum ædis pavimentum constratum est. Iuxta templum occidentem versus, Gymnasium extrui jussit, ubi & linguæ latinæ tyrocinia juventus exercuit: Annotarunt enim curiosi annalium scriptores, templi architectum, Thoroddum nomine, tanti fuisse ingenii & acuminis, ut ex auscultatione Grammatices, in schola templo vicinâ, pueris inculcatæ, artis præcepta imbiberit. Fertur etiam Episcopus, scholastico cuidam, Epistolas & amores Ovidii manibus excussisse; Cui ista legenti ex improviso supervenerat. Ludimagister traditur fuisse quidam Gislaus Finnonis, natione Gotlandus.

Quæ idcirco annotavi, ut appareat Islandos nostros linguæ Latinæ, jam tum fuisse studiosos. Ex hac enim scholâ Holensi, multi posteriorum temporum Episcopi, & Abbates prodierunt. Hoc Ionâ Episcopo, dira fames provinciam Hunavatzthing Borealis Islandiæ, attrivit; ad quam avertendam, votum de Ecclesiâ Thingeyris fundandâ factū est: Episcopo templi fundamenta describente. Moritur Ionas ø zmundus Anno 1121. In sanctorum numerum post annos demum 80. religionis synceritate jam obfuscatâ relatus.

Huic successit quidam Cetillus Anno 1122. Secundus Holensis Episcopus Thorlaco Runulfi, qui tertius Scalholltensis fuit, Synchronos. Hi conjunctim jus Canonicum, quod Christinrett & Christiualaga hatt vocant, auxerunt; Accedente øssuri vel Assveri Lundensis in Dania Archiepiscopi autoritate.] Cetillos uxorē habuit Groam, Gissuri Episcopi

Holensis & l. Scald.

... canonicum ... landorum.

ſcopi Scalholltenſis, thori legitimi filiam. Thorlaco Runulfi in Epiſcopatu Scalholltenſi ſubſtitutus eſt Magnus Einarius Anno 1134. Huic Klaingius, 1152. Qui idem duabus navibus magnis ligneam materiem, unde templum Scalholtenſe ædificaret, advexit, exhibito in templi ſolennitatem 600. Cōvivarum epulo: magnatibus non indonatis dimiſſis. Klaingium in Epiſcopatu excepit Thorlacus Thorhalli f. 1178. Sextus Scalholltēſis: cum antea muſis Pariſienſium militaſſet: Cuius militiæ hunc fructum in patriam retulit, ut eo Epiſcopo coniugium ſacerdotum primum damnatum ſit. Succeſſorem habuit Paulum Ionam: 1195. ex Magni Nudipedis, Regis Norv. Sanguine oriundum. Vixit in aulâ Valdimari Daniæ Regis & Sverri Norv. Regis: Ab Abſolone Lundenſi Archi-Epiſcopo ordinatus. Hic contra prædeceſſoris morem & interdictum, conjugii vinculis ſeſe aſtrinxit. Atrium templi Scalholltenſis magnis ſumptibus exſtruxit; Mille convivarū epulum ſimul exhibens, apophoretis in primores collatis. A Paulo, inter Scalholltenſes, Ariſtocratia durante, duo Epiſcopi reliqui fuerunt: Magnus 1216. & Sigvardus 1239.

Magnus Einarius IV. Scalh. E.
Klaingius V. Sc lh. E.
Thorlacus Thorhalli VI. Scalh. E.

Porrò inter Holenſes, Ketillo ſuperius commemorato, Biorno Gilſon, ſucceſſor factus eſt: 1147. Huic Branderus Sæmundi f. quartus nempe, inter Holenſes: qui Papiſticarum ſuperſtitionum doctior. Ionæ Øgmundi primi Epiſcopi Holenſis reliquias, in cæmiterio olim conditas, refodi curavit: Eiq; in ſanctorum numerum relato, diem tertium Martij Menſis ſacrum dicauit, Anno 1201. quo & ipſe Branderus è vivis exceſſit.

Secutus eſt Branderum Gudmundus cogn. Bonus Arneri f. Anno 1203. Hunc Botolfus 1239. Illum Henricus 1247. Apud Holenſes Ariſtocratiæ tempore ultimus. Ad Epiſcopos autem ſpectabat, ut monitum, Legum canonicarum conſtitutio; De cōjugii, baptiſmi, funerum ritu Eccleſiaſtico: De

O 3 voto,

voto, Decimis, Eleemosynis & donationibus in usus sacros: De templorum & cæmiteriorum prophanatione, Sabbathi violatione & aliis. Quæ quidem ex Ecclesiæ Ro. & aliarum, hanc secutarum canonibus, magnâ ex parte sumptæ sunt, nihil novi in iis, describendis attulero. Id tamen hic non tacendum sum ratus; tantam fuisse, veterum erga ministerium reverentiam, ut jus civile & sæculare ut vocant, juri divino seu Ecclesiastico (Sic enim jus canonicum indigetabant) cedere voluerint; non semel aut iterum; sed ubique: prout in Comitiis an. 1050. apud nos sancitum esse, alibi quoq; retulimus. Quæ reverentia ministerii, si hodie æque vigeret; minus profecto contentionum & simultatum haberemus: At vicissim, expressiorem Ecclesiæ notam, quæ in illa Reverentia etiam elucere debet. Ex illa verò quam dixi, jurisdictione Ecclesiastica, evidens est, Episcopos, penes quos illa fuit, etiam sua habuisse consistoria & forum Ecclesiasticum; Alias quidem in ipsa Cathedrâ: alias alibi &c. Nec de mutatione Religionis Aristocratiæ tempore plura Qui etiam primi libri Colophon erit, &c.



DE

DE REBUS ISLANDORUM.

LIBER SECUNDUS.

Aliquot celebrium Islandorum vitas continens.

ARistocratiam Islandorum hactenus à suis causis, quoad ejus fieri potuit, libro 1. exposuimus: Eadem porrò ab effectis describenda venit. h. e. Dicendum quos qualesve alumnos tulerit, hæc Respublica: Aliquot ergo celebrium Islandorum vitas, hoc secũdo libro complectemur: ut vel hinc conticescant, qui gentem nostram Latronum collegium & nebulonum colluviem tantum fuisse calumniari soliti sunt.

Hic verò quod de Islandis nostris referam, primum, quãvis non præcipuum, quo se multi magnos jactitant, sanguinis ortus & nobilitas occurrit: Cujus non idcircò meminisse juvat; quod maximam hic laudis materiam statuamus: Sed quia historiæ pars est, minimè contemnenda; Et quia nobilitatem generis tum demum præclarem censeamus, quum ad hanc ornamenta virtutis, nobiles dicẽntia conjuncta fuerint. Quorum utrinque si in gente Islandicâ, quantum bona fide, per historicam veritatem & innatam generi nostro modestiam licuerit, monstravero; non prorsus illaudatam reliquisse videar.

Asserimus igitur præcipuos Islandiæ incolas & gentis nostræ conditores (plures enim Ingulpho illo superius commemorato, Synchroni fuerunt) non solum Regum, Ducum, Baronum & Nobilium sanguine, progenitos ac ortos: Sed etiam Reges nonnullos. Duces, Barones, Nobiles eisdem oriundos. Cujus rei antequam exem-

exempla subjungam; notandum est horum quatuor graduum Nobilitatis discrimen apud veteres Norvagos.

Reges, Duces. Primus Regum seu Monarcharum, fuit: omnibus notissimus. Alter eorum; quas sua lingua Jarl appellabant: quorum dignitas Ducum officio & potestati respondisse videri potest: Secundus enim Jarl à Rege, in provinciis, quas administrabat; absente Rege, vice rex habitus. *Ducum Satellitum.* Hanc dignitatem adeptis, LX. virorum satellitio stipari fas erat; ex lege Haraldi Pulcricomi: N.R. *Duces creandi ritus.* quos & hoc ritu creari jussit: Rex huius dignitatis candidato, de Zenâ gladium, de collo clypeum suspendit: Impositoq; hoc dignitatis titulo, Jarl (nos Ducem vocabimus) ad Regii solii Subsellium, quod ducum erat, deduxit. *Ducum redditus.* Ducibus Norvegicis, tertia pars reddituum suę provinciæ, cedebat: Quibus provinciis, ante Norvegiæ Monarchiam, Reguli præfuerunt; Fylckis Kong appellati. Paulò autem ante finem periodi Regni Norvegiæ, Jarl exolescere, & Hertogie Dux, appellari cæpit: ut in historia Haquini Regis, Seulerus Hertogie: sc. ut appareat eandem dignitatem, nomina tantum diversa fuisse.

Barones. Tertio loco fuere; qui Herser Norvegis: Britannis, Barones: Saxonibus, Comites dicti. Eiusmodi 4. aut plures, unius Ducis imperium agnoscebant; nihilominus XX. Satellibus continue uti, pro sua dignitate jubebantur. Erant & hi in suis præfecturis potestate politica instructi, ante quos etiam, non præsente Rege, signiferi ibant; si ad arma concursum esset. Herser itaq; Baronem ut Jarl/ Ducem, intitulabimus; quamvis alibi Jarl/ Baronem vocare soliti simus; Sed id minus apposité: Nam hanc dignitatum differentiam, post ea ex Antiquitatibus Norvegicis eruimus.

Nobiles. Quarta dignitas fuit Nobilium communi nomine sic dictorum: illis Lendur madur. Fueruntq; illæ præcipuæ inter nobili genere ortos differentiæ. Nam nunc Aulam & Aulicorum

eorum dignitatis titulos omittimus. Vt igitur assertioni nostræ de Nobilitate Islandica fidem faciamus, sequentes Genealogias, in gentis nostrę antiquitatibus, anxiâ sedulitate distinctè descriptas, attexere, operæ precium fuerit. Sed non ita nudas genealogias, quin simul quarundam rerum gestarum accedat commemoratio: ut quas virtutes ad generis claritatem conjunxerint, Principes gentis Islandiæ, perspicuum evadat.

Sit igitur primo loco, Ingolphus reliquorum antesignanus: & fratrum etiam supra commemoratorum tertius, Hallstenius (Nam & hic ex patria extorris, Haraldianæ Potentiæ impatiens, in Islandiam migravit) quorum hic Ducem Norvegiacum Atlantem, cogn. Gracilem [mioffua] illi Baronem Fyrdafylcensem Norveg. Aquilam nomine, patres habuerunt. Qui quomodo novæ gentis, in terrâ novâ condendæ facinore primi claruerint; supra ex relatione appellationum Islandiæ, ubi etiam fuit de gentis primordiis notum est; quæ hic non repetimus: quin potius in eandem statum plures accersimus. *Ingolfur & Hafelsteinn Landnamam*

Ingulpho itaq; Synchronus fuit Barderus Snœfellsás cognominatus, qui Niversimontis Deus: utroq; parente Regio claro stemate satus: cujusmodi illo seculo Reges fuêre. Patrem enim habuit Dumbum extremæ Scandinaviæ veteribus appellatæ Regem: quâ se à meredie, ex mari Balthico sinus Boddicus: & à septentrione oppositè ferè alius ex Oceano occidentali notabilis sinus infundit. Dum bur kongr ried fyrer hafsbotnum þein/ er ganga i Landsudr af Kisalandi: enn fyrer dun̄ an er haf þad / er nu er kollad dumbs haf. Liggia þar i Morg smalaund etc. Waltzhyrna. *Bardur Snæfelsás.*

Ab hoc Dumbo; sinus Boddicus olim Dumbshaf / i. Dumbi mare vel æquor dictum est: Sinum verò Boddicum, D. Cytheræus in Synopsi Arctoi orbis Chorographica, Bothnicum

nicum appellat (magis antiquitatibus convenienter meo judicio, quam qui Boddicum) & terram à septentrione huic sinui adjacentem, Norbethniam. [Hanc statuo fuisse Dumbi provinciam seu ditionem, nam ut modò retuli apud nostrates **Dumbr fug: rad tz Hafs botnum Þm̃**] Eamque dividit in vestbothniam & ostbothniam.

Huius antiquitatis vestigia etiam repperio in nova Europe Mappa Rumoldi Mercatoris. Vbi circa hunc tractum maris, annotatum est; **Dombshaff** pro **Dumbshaff**: sed quod terræ aliquam portionem denotet; sinui isti occidentalis maris vicinam; quem ut ex Mappis videre est, sinui Bothnico fere opponi diximus. Quem leviculum errorem Geographis antiquæ nominum originis ignaris, facile ignoscimus.

Huius igitur ditionis Regem, Barderus patrem habuit: Matrem verò Miöllam, Regis Kuenlandiæ filiam. Est autem Kuenlandia, ut ex per vetusta Mappa didici, ex latere sinus oceani occidentalis modò commemorati, quod Norvegiæ limites spectat; Finmarchiam versus, ditio sita. Barderus adhuc puer, in familia Dofronis cujusdam Gigantis Norvegici in Dofrafell, educatur. Vbi cum ex ephebis excessisset. Dofronis filiam **Flaumgerdam** uxorem accepit. Erant autem veteres isti natura, in primis Sagaci & somniorum interpratatione multâ polentes: ut & hic Barderus: qui cum somnium haberet, unde Haraldi Pulcricomi, Norvegiæ distributas inde à Nori temporibus provincias, ad monarchiæ formam redigentis, fatum præsagiebat, Anno ætatis suæ 18. Dofronis lares reliquit. Somnium verò tale fuit.
» Arborem secundum quietem vidit, è foro hærili enatam:
» Cuius rami extra domus parietes sese exerentes, totam visi sunt Norvegiam complecti: inter quos unus, colore præ re-

liquis

liquis ſplendido. Id ſic interprætatus eſt ipſe Barderus. Regio ſanguine ortum quendam juvenem à Doffrone educatum iri; Cuius poſteri in Norvegia late dominarentur: quorum unus præcipue aliquid novi eſſet daturus. Reſpondit elapſis aliquot poſtea annis præſagio eventus: Haraldus enim Pulcricomus Norvegiæ Monarcha apud Doffronem ab anno ætatis quinto ad decimum educatus eſt: Idcirco Dofrafoſtre à Defrone enutritus, dictus: Cuius filii & Nepotes poſtea rerum in Norvegia potiti ſunt. Ex quibus quamvis alii Olaum Craſſum Norveg. R. alias Sanctum vocatum, Chriſtianæ fidei ut illis placet, in Norvegia præconem, per Ramum illum ſplendidum interpretati ſunt, mihi tamen ſecus videri, non diſſimulo.

Primum namque iſte Olaus longiuſcule petitus ramus: (Interim tamen Ramus) Nempe Pulcricomi abnepos. Deinde erat Pulcricomo pronepos ejuſdem nominis, Olaus cognomin. Tryggo: Cuius mentio fuit ſupra, qui Craſſum illum, ut regno ita Chriſtianæ fidei indagatione præcedebat: multo majores difficultates ut veri eſt ſimile (ardua namque tantarum rerum principia) in eo negotio ſuſtinens, quàm ille alter: nec minores fructus faciens; ut hiſtoriarum conſcio non eſt obſcurum. Quin igitur per Ramum iſtum ſplendidum ſuæ ſtirpi, (Haraldo Pulcricomo), proximo adgnatum, filiorum unum interpretemur.

Haquinum nempe Adalſtenium, cuius etiam ſupra memini, quique primus omnium hoc novi dedit, ut de Religione mutandâ aliquot cum ſubditis certamina habuerit, quamvis conato irrito: Nihilominus ipſe Haquinus Chriſtianæ fidei tenax vixit; Qualem etiam aulam habuiſſe, vero ſimile eſt. Sed ad Barderum

 redeo;

redeo: Qui Doffronis familiâ relictâ, in Halogiensem Norvegiæ provinciam secessit: ubi prima conjuge Flamgerdâ defunctâ, Hertrudam filiam Baronis Norvegiaci, Tolonis cogn. divitis Hins Audga sibi matrimonio jungebat: Filias habuit Barderus ex priore conjugio 3, Ex posteriore sex: quarum hæc sunt nomina:

I. Genealogia Barderi posteritas ex priore conjugio.

Helga.	Thordisa.	Gudrida.

Ex posteriore:

Miolla. Matris Barderi nomen referens.	Flongerda. Prioris conjugis nomen referens.	Thora.	Tharhillda.	Gudruna.	Ragnhillda.

FUit verò Bardero frater uterinus Thorchillus Ruffus: qui cum etiam sedes habuit in sinu Halogiensis provinciæ, Skialffa; usque dum necem patris Dumbi, 18. gigantum naomachiâ occisi, XXX. gigantum incendio & concrematione, ulciscerentur. Tandem verò crescente vi & potentia Har. Pulcricomi, Barderus cum fratre & LX. capidum familiâ, solum vertit, in Islandiam commigrans; Occupatoque promontorio, occidentalis Islandiæ Snæfelsnes/ sedes posuit in pago Laugarbrecko; sociis in viciniâ, ipso Bardero sedes distribuente, habitationes locantibus & locorum nomina propria, quæ plurima etiam hodie in usu sunt constituentibus. Barderus autem conjugiis plurimis Islandos ditavit: pro filiarum nempe numero; Helgâ excepta: Ea enim sine liberis decessit. De qua vide nostrum Grönlandiam: Habuit præterea filium Gesterum; quorum uterq; parens sc. & fi-

& filius pluribus roboris & fortitudinis documentis Islandiani nobilitarunt. Nec Gesterus solùm in patria, (In Islandia enim hic natus est) incomparabilis roboris documenta edidit, sed in Norvegiam traijciens, Olao Tryggoni, magnæ fuit admirationi. Qui quamvis fortissimorum virorum magnum haberet delectum, non repperit tamen, quem Gestero comparandum duceret; quo circa eundem, ad audax quoddam facinus in extremis terræ Subpolavis tractibus patrandum ablegavit. Quo probè defunctus Gesterus, Christianorum Baptismum, autore Rege, suscepit; & paulò post obijt.

Barderus pater, juris scientia valebat; qua etiam generos nonnullos imbuit: ut etiam Eydeorum quendam Sceggi filium, Provinciæ Midfiordensis Patricium: adeo ut hic Eyderus à jurisperitia, Lagaeyder cognominatus fuerit. Nec de Bardero aut huius liberis hoc loco plura.

---

2. Genealogia.

Cetillus.

Cognomento Haurdakare *Princeps Uplandiæ in Norvegia & trium Regulorum victor.*

Aulmodus.	Theodorus. Hræda.	Torleifus. Sapiens.	Augmundus.	Pora.
Steinagrimus.	Theodorus. Hræda patri cognominis.	Sigryda.	Eyolfus.	Klyperus.
				Gudruna.

Declaratio Genealogiæ secundæ.

HIC Cetillus Sextus fuit à Rolfone de Rupe Oplandorum Rege, (qui Rolfo, Nori, Norvegiæ conditoris sororem

Goam in matrimonio habuit) ex quo plurimæ. Nobilitatis Norvegię familiæ.

Torleifus, cogn. Sapiens, Hiñ ſpacke/ Islandiæ incola factus, legum reformationi, ætate jam provecta, præfuit. Vid. ſupra.

Filia Thora, mater fuit Vigſloti / qui ante reformationem juris Islandici, Gulthingenſis juris exemplar ex Norvegia attulerat, Vide ſupra.

Augmundus, fuit avus Erlingi de ſola: ut & Aulmodus Aſlaki filiaſkuia; Quorum uterq; Erlingus inquam & Aslacus, vel ipſis Norvegiæ Regibus, Nobilitate & potentia poſterioribus temporibus certarunt.

Theodorus, Hræda uxorem duxit Helgam, Haraldi Hellderuñ / R. Daniæ abneptim; quinque liberorum pater: quorum quatuor & quinti [nempe Klyperi] filia, coloniam Islandicam, ſuâ prole auxerunt. Fuit autem Klyperi filia Gudruna, prædivitis viri Einari Thneraxingii uxor: fratris Godomundi de Modruvollum; cognomento divitis.

Sigrida filia, habitavit prædium Midfiordenſe Stadar backa.

Steingrimus, Eyolfus, & illo patri Nomine & cognomine ſimilis, Theodorus Hræda prædium Midfiordenſis provinciæ in Islandia Os dictum poſſederunt.

Hic Theodorus filius magnam ſui nominis famam apud Islandos reliquit; Cum ob alias virtutes; tum ob ædificandi & ſculpendi peritiam: In primis autem audacibus facinoribus claruit: pro ut ſtemmata tam nobilia decebat. In Islandiæ meridionalis emporio, XL. virorum impetum fortiſſimè ſolus ſuſtinuiſſe fertur, donec aliorum interventu, tumultus cedaretur. Alias etiam provocatus duodecim armatorum fores cingentium mucrones nihil reformidavit,

quin

quin iisdem colloquutus, exiliret, & colliculum quendam vicinum ascendens, unde facilus vim repelleret; extremam sortem exspectaret: Cui discrimini etiam interventu amicorum, obviam itum est. Tertium quoq; solus, octo delectis viris confligens, ex insidiis forte erumpentibus, ex iis septem interfecit: Octavo, vulnere quamvis non lethali, prostrato, vitam, ut aliâs sæpe, indulsit: victoria contentus, modò ipse salvus, id quoquo modo posset. Omitto plura discrimina fortissimè superata. In prædio Micklabæ Borealis Islandiæ parochiæ Glottalyd/postquam Midfiordenses, reliquisset bonus & fortunatus senex obiit.

Huius sculpturæ quibus domuum contignationes vel parietes ornaverat; etiamnum in Islandia visuntur: post annos plusquam sexcentos.

Maternum genus Theodori Hrede hinc cognoscitur.

Haraldus Hilldætøn: Rex Daniæ.
Ræricus Slaungvanbaugerus.
Thorolfus Bogancf.
VVemundus Jordlofar.
Helga Posterior conjunx Theodori Jlaurdcarii.
Theodorus Hræda:
Islandiæ Borealis incola.

3. Genealogia.

Egillus Scallagrimius.

Vlfus.

Sive Quelldulfus: proavum habuit Thorerum Baronem in Sogne/ *Norvegiæ, uxorem verò Salgerdam filiam Cari, Baronis de Berlu Norvegiæ: & ipse Baro Norvegicus.*

Scallagrimus. — Thorolfus fratrum natu major.

A Calvitie. Alias Grimus. Uxor Bera, Ingvari Nobilis Norvegiæ filia.

Egillus. — Thorolfus.

Thorsteinus. Filiam habuit Helgam, quæ pulchræ cogno. meruit; pro Gunlaugus & Rafnerus ad internecionem decertarunt: uterq; nobilissimo genere oriundus.

Asgerdam fœminam, ex Baronum Norvegiæ stemmate oriundam in uxorem duxit.

Thorgerda.

Kiartanus.

NOn pervenit in Islandiam ipse Quelldulfus, ut neq; filius Thorolfus: Sed in itinere huc cum suis tendens mortalium numero eximitur, filio paulo ante in Norvegiâ Cæs. Interim tamen, quædam ex ipsorum extrema historia, ad sequentium narrationem illustrandám assumenda sunt: filii n. ædes Quelldulfo vertendi soli occasio fuit.

In provectam Quelldulfus, Pulericomo Monarchiam adepto processerat ætatem; Quo circa Rege eundem per nuncios ad se invitante & magnificam benevolentiam p ollicente,

te, ut sibi devinctus foret; annos jam inclinatos causatus, venire recusavit. Sed promisit filiorum alterum missurum se esse.

Thorolfus igitur filius suasu patris ad aulam se contulit: excipitur benigne: sibiq; Regium favorem, tam domi quàm in armis; in quibus id temporis tota Norvegia frequentissima fuit magnopere conciliavit. Sed quoniam Thorolfus tam opibus, quàm aliis rebus plurimis, Regios aulicos permultos post se reliquit, occultos statim cæpit in aulâ habere æmulos: Quorum etiam calumniis tandem est pessundatus. Is enim Finnmarchiæ à Rege præfectus & Halogiæ: Unde tributa semper difficilius petebantur: tum ob provinciarum tantam distantiam: tum ob provincialium rebelles & infides animos, quos sæpius adversus Regios legatos, antea declaraverant. Eòdem igitur cum X C. virorum præsidio profectus Thorolfus tributa collegit, Regique longè auctiores attulit, quam antea ullus, reditus. Adhæc Regem, 300. viris comitatum, tridui convivio domi suæ, officii gratiâ excepit: quo etjam plurimos ex amicis & necessariis, & lectiore nobilitate Norvegicâ, vocaverat: Quorum numerus ad 500. excrevit: Inde nacti calumniandi ansam invidi: tanquam in Regis offensam, non gratiam, tot convivas adhibuerit Thorolfus; ut qui forte aliquid gravius fuisset in Regem tentaturus. Quare toto convivii tempore, Rex non nisi severiore erat vultu, ut qui insidias metueret: quam tamen suspicionem hospes abeuntem Regem navi magnificè extructâ & ornatâ, donâs, prima fronte delevit. Ast calumniatoribus continuè instantibus, Pulcricomus ad veterem suspicionem rediit, eumque præfectura Halogiensi & Finnmarchiæ, submovit. Thoralphus nihilominus Finnmarchiam pervagatus, & Finnmarchiæ vicinos, magis orientales populos, Sinus Bothnici accolas, varii generis mercimonia compilavit; Quibus deinde

ad negociationem Anglicanam usus est. Porrò Thorolfi æmuli fuêre Haricus & Ræricꝰ fratres à matre Hilldridâ, Hilldridani dicti; qui olim hæreditatem amplam à Thorolfo, judicio petere volentes, Ipso Rege decernente causâ ceciderant. Hi in submoti Thorafi locum, præfecturam nempe Halogiensem, & Finnmakensem substituti, nullam subditorum consecuti sunt audientiam, vix minimam tributorum partem reportantes; Thoralfum suis conatibus, cum exercitu restitisse mentiti, & provinciam depopulatū esse: cujus rei indicem dicebant, navim onerariam, mercimoniis Finnorum onustam & in Angliam à Thoralfo missam: Quam idcirco redeuntem à Regiis intercipiendam monuerūt: Quòd bona illa ad fiscū meritò pertinerent. Quibus mendaciis tam dolosis, victus Pulcricomus, navim istam per Sigtrig. & Havardum fratres, homines maleficos, intercipi curat, & confiscatam pronunciat: cum opulētissimâ Thoralfi villâ in Thorgum: quam tamen accusantibus Hilldrid. ipse rex Thoralfo olim addixerat. Cessit ea res Thoralfo minus prosperè: Is n. 100 viros Regiæ potentiæ metu, domi continuè alens maximos sumptus sustinuit. Cùm aūt. esset natura magnanimꝰ & injuriæ impatiens, ineunte vere, navem longâ 100. viris instructam expedivit; & paulo pōst navim Regiam & duas Asloenses, ad littus Danicum diripuit. Erat in Regia navi quidā Thorus: villæ Regiæ, in qua plurimū diversari cōsueverat præfectus: qui permissu Thoralfi cum nautis reliquis illæsus abiit. Postea villam Sigtriggi & Hav. fratrū, navim suam antea jussu Regis diripientium, satis quidē opulentam, Thoral. depopulatus est, viris 20. ibidem interfectis. Alia ét. Norvegię maritima attigit, & vastavit: proximaque hyeme domi se incautus cōtinebat. Porrò Sigtr. & Havardus fratres prædicti, ulciscendi potestatē à Rege continuè flagitabant, quâ factâ, gaudent, accinguntur, abeunt. Quos cum Pulcricomus Thoral.

ralſo longè inferiores futuros ſciret, ipſemet viâ compendioſiore, eoſdem prævenit; & Thorolſum domi cum 100. viris, inter pocula ſedentem, noctu oppreſſit; multo majore cũ exercitu ſuperveniens. Rex domũ igni & ferro cingit undiquaque pueris & fœminis exeundi poteſtate facta: Inter quas Thorolfi uxor, Regi ſupplex facta, pro marito, id reſponſi tulit, vitæ Thorolfi parciturum Regẽ, ſi is ſe Regi ſubmiſsè dederet: at de ſociis pœnas exacturum. Quæ ut Thorolfo intus renunciata ſunt, negat ſe à Rege ad hoc vel illud cogendum fore: Sed tantum rogare, ut exeundi facta copia, aperto marte ſecum Rex decernat. Renuit Harald, quamvis militum numero, longe eſſet ſuperior: Iamq; flãmas circumquaq; excitari jubet. Aſt Thorolfus, & Socii domus pariete, magna vi effracto, exitum ſibi parant: præ eunte ipſo Thorolfo. Fit cõflictus atrox: Sed cum Pulcricomus erecto vexillo & conferta acie, eos ſine ullo ordine exilientes exciperet, & flãmarum rabies à tergo, urgeret, haud diu reſiſtere valebant. Quod ut animadvertit Thorolfus, ad vexillum Regium incredibili furore delatus, ſigniferum transfodit: aitque ô utinam vel unicum paſſum, fuiſſem alterius progreſſus. (Etenim tenebræ ictum incertum reddebant:) Regem N. ſi licuiſſet, confoſſurum ſe fuiſſe ſignificabat, qui poſt ſigniferum inacie ſteterat.

Hinc cum aliorum, tum in primis Regio enſe, ante Regem, pronus, Thorolfus occubuit: Quod ut patri ſeni renunciatum eſt; primum doloris impacientia lecto decumbere cæpit: Deinde à filio Scallagrimo monitus, ut ultionem, non dolorem, meditaretur ſeipſum vindictæ ſpe ſuſtentabat; dicens, veterem eſſe opinionem; ejus necem, qui pronus occubuerit, non fore inultam: & ultionem ejus propinquos, ad cuius pedes occumbens devolutus fuerit, non præterituram eſſe. Ab amicis tamen perſuaſus, mittit filium

Scallagrimum, qui à Pulcricomo, pro filii cæde satisfactionem peteret. Hic assumptis 12. robustissimis viris, robustior ipse, Regem invisit: Et convivio occupatum, armis & dimidio sociorum numero, foris relictis, convivium ingressus, salutat, negotiumque exponit. Respondit Rex se petitioni satisfacturum, si Scallagrimus, aulæ ascribi velit: Tum Scallagrimus: novi inquit, quàm sim fratre Thorolfo multis nominib. inferior; qui cum Regi ad placitum inservire nequiverit; quantò minus ego? prout vellem; & prout meritum est tuum. (Significabat sibi per fata non licere fratris necem Regia cæde ulcisci) Rex quid sibi vellet hominis responsum probè dijudicans, faciem iracundo rubore suffusus, obtinuit. At Scallagrimus se continuò forâs: & deinde cum sociis festinanter discessit. Per stagnum quoddam reditum habebāt, naviculâ traiiciendum: quam priusquam ascenderent, reliquas naves, quæ ibidem multæ in littore stabant, perforantes, undis inhabiles reddebant. Simulq; respicientes, vident magnum Satellitum Regiorum numerum, ad se persequendum emissum; quibus prædicto strategemate navium sc. ruptura, pulcre illusum est. Hinc ad Thorolfi cædem ulciscendam, primum Hilldridiniani fratres: Deinde Sigtrigus cum fratre Havardo, navis Thorolfianæ direptores: Tum Pulcricomi amitini duo; cum plurimis aliis nomine non notatis, à patre & fratre, ac reliquis Thorolfi amicis occisi sunt. Qui idcirco in voluntarium exilium abeuntes, sedes in Islandiam transtulerunt. Tantos illi animos concipere, tantùm opibus valere, & in hunc fere modum, Regum injustam tyrannidē ulcisci, antiquitus consueverant. Et Quelldulfus inter navigandum fatis functus est. Filius ipsius Scallagrimus, in provincia meredionalis Islandiæ, Borgarfiord sedes posuit, in prædio Borg: ubi demum fatis concedens, sepultus est: cujus filiorum vita, cum quorundam veterum Regum res ge-

stas

ſtas æquet, hic attexenda videtur. Circa annum igitur Domini C X I X. natus eſt, Scallagrimo Islandiæ Meridionalis, ut dictum eſt, civi, filius Egillus: Quo etiam natu major erat frater Thorolfus: uterque tam animi quam corporis dotibus præſtantiſſimus; illorum temporum reſpectu; quibus ferocibus & fortibus auſis,ut piratica, monomachiis (etiam qualibet de occaſione) nominis celebritas quæſita eſt: Et quâvis quædam cædes in Norv. ab Egillo perpetratæ, prima frõte atroces & fere nefariæ videri poſſint: tn. ſi animũ ad injurias Regias, quas non ſolum Avus Quelldulfus, in filii Thorolfi truculenta nece, & bonorum ampliſſimorum confiſcatione; Sed ex majoribus & cognatis, plurimi etiam alii in hunc modum ſuſtinuerunt; convertamus, Egilli dolor aliquid veniæ merebitur. Verùm hic ipſa incipiat Narratio.

Pulcricomo adhuc in vivis agente: Sed decrepito; Regni Gubernatione filio, Erico Boldoxio, commiſſa, Egillus cum fratre Germano, patrui nomen referente, Thorulfo; relictâ patriâ, Norvegiam inviſunt, circa annum Dom. 931. ubi mox primo aditu Egillus adoleſcentiam vix ingreſſus, homicidii fit reus. Fuit Barderus quidem Villicus Regius in Inſula Atlaby: àquo Egillus & ſocii, hoſpitio exceptus eſt: Sed contumeliam magis quam hoſpitalitatem deſignante: Etenim poſt appoſita more illius gentis lacticinia, quibus hoſpites ad ſacietatem veſcerentur: Cyathos ingentes mulſo repletos obtrudit villicus; ad nauſeam usq;: ita ut advenæ obruentur. Aderat forte Gunhillda Blodoxii conjunx, quæ cum audiret Egillum, Baccho non vinci ut reliquos venenatum miſcebat hauſtum (latente odio Scallagrimiorum flagrans) qui cum à Bardero Egillo in manum porrigeretur; Ille fraudis non neſcius, hoſpitalitatem, veneno mixtam, mucrone recompenſavit, in Barderi præcordia adacto, & ſe ſimul noctis opacæ præſidio commiſit in vicinam inſulam

 natan-

natando penetrans. Interim Gunhillda,& qui aderant Regii ad navos excubias ponunt, ut reo evadendi viam intercludant. Qua spe cum se, luce sequenti frustratos intelligerent, mittuntur duodecim Remiges, qui rerum in vicina insula requirant. Horum novem insulam istam, homicidam comprehensuri ascendunt, tribus ad Naviculæ custodiam relictis. Cujus rei Egillus è latebris suis spectator, aliâ, quam emissarii isti insistebant, ad Naviculam se proripit via: tribus ibidem custodibus nullo negocio peremptis Arreptaq; cymba, solitaria remigatione continentem petit. Has cædes amicis intervenientibus, mulcta pecuniaria apud Regem Blodoxium Egillus expiavit: ita tamen ne exacta hyeme, intra Norvegiæ limites morari præsumeret. Ergo ineunte jam vere, Egillus cum fratre, navem prædatoriam instruunt; & cóparato mediocri Sodalitio Curlandiam & vicinas oras hostiliter infestant: ubi Egillus dum à navibus incautius exspatiatur: sociis tantum 12. usus, capitur & in vicini castri carcerem cum suis conijcitur. Vnde tamen quod carcer ligneus esset, suo & commilitonum robore fretus, effracto pariete liber evasit: Inbidemque hominem Danum, Acham nomine, eduxit: ablataque ingenti prædâ; castrum incendio delevit.

Hinc Norvegiam hybernatum repetunt. Quod multa, amicorum intercessione, à Blodoxio vix obtinuerunt. Et quamvis iam nihil turbarum darent, Regina tamen Gunhilda, inveterati odii Scintillam fovens inextinguibilem, Malefico cuidam Evindo Skreyo/ sibi consanguineo injungit; uti quacunq; demum ratione, fratrum utriq; vel saltem alteri, necem inferat. Cujus rei occasionem non nactus, Thorvardum quendam Egilli intimum, innocentem è medio sustulit: Post quam cædem Evindus, consilio Blodoxii, quòd Egillum metueret, concessit in Daniam, & à Dano,

adverſus Piratarum irruptiones, multarum navium capitaneus conſtituitur; Intra ſemeſtre tamen ſpatium, in cimbria Danorum, ab Egillo pugna navali devictus ſociis & navibus amiſſis natando evaſit. A qua victoria Egillus cum fratre, ad Friſiæ littore navigantes inde Flandriam attingunt: Hinc in Angliam delati, ſub Adelſteino Angliæ Rege, adverſus vicinos Principes, cum viris 300. Norvegis & Iſlandis, ſtipendia merebant. Olaus enim cognomine Ruffus Scotiæ Rex, primum in Northumbriam movit. Quâ ſubactâ, Duces Britanniæ (Bretlandiæ veteribus: Pars fuit Angliæ) ultro ad eum defecerunt: Atque in hunc modum auctis viribus, Adelſteino Angliæ Regi, bellum apertum indicit. Fiunt XIIII. dierum induciæ, quibus ab incidio & rapinis quieſceret Scotus. Caſtra Anglicana in loco pugnæ deputato, Regis adventum expectabant; quo exercitus indies colligi cæpit: Rege ultra ultimum diem induciarum adventum differente: Thorolfo cum fratre & Northumbriæ Duce quodam Algeiro, qui nuper Scoti arma effugerat, ad caſtrorum præſidium præmiſſis. Hos Duces Olaviani illi Principes Bretlandiæ, Ringo & Adillus dicti, duplo majoribus copiis ex improviſo adoriuntur; videretur jam Anglus illicitam belli moram nectere. Cæterum Præſidiarii Adalſteini Duces, de ea re per exploratores moniti, aciem inſtruunt. Dux primæ legionis Thorolfus; Secundæ Alſgeirus: Ringo in illum; in hunc Adillus ſigna adverſa fuerunt. Acris pugna committitur: & Alſgeirum Adillus fugat. Cujus legioni acephalæ Thorolfus fratrem Egillum ſuæ præficiens, opportunæ auxilio venit. Pugnabat is, ut & frater, abſque loricâ, Galeâ, Clypeo, gladio, & haſtâ uſus,

Cæterum ubi in ultionem fugati ſocii, ingenti animi

animi ardore, Martem aruit, etiam Clypeum retro abjicit, & à tergo suspendit, ut tanto insaniorem, utraq; manu lanceâ vibratâ (martis pullus) stragem edat; Sicq; nullâ hostium vi resistente, Ducem adversarum copiarum, Ringonem, mucrone configit: Confixum lanceâ sublimen tollit, humique impactum, lanceâ pectus & humum subjectam profundè penetrante, orco demittit. Deinde gladium stringens (etenim lanceam in vulnere reliquit) suis pari alacritate hostem mactantibus, Scotos & Brettas (Britannos) qui huic prælio interfuere, fugato Duce Adillo, penè ad internecionem delevit. Adventante ergo Adalsteinio R. Duces Thorolfus & Egillus, magnam rei benè gestæ laudem abstulerunt Alfgeiro Duce ab hospitibus fugato, in conspectum prodire non audente.

Et jam secundo cōflictu, quo omnē vim copiarū numero, ferè æqualium, Principes utrinq; in prælium ducebant, Scotus enim damnum primo conflictu acceptum, suffecto novo milite, reparârat) Egillus cum Veteranorum legione, in primâ acie, quàm ipse Angliæ Rex ducebat, constituitur: & Thorolfus secundæ aciei (duas enim instruebant) cum vexillo præficitur. Hæc juxta sylvam densam: illa à latere, ad amnem vicinum instructa stabat. Scotus etiam duobus signis adversum congreditur. Egillus antequam confligerent acies, testatus est se invitum à fratre inter pugnandum divelli, seu diverso ab illo, pugnare, loco. Quem cum frater ad morem Regi gerendum hortaretur; iterum testatus idē ait: pareo equidem; Sed valde invitus & illibens: Nisi enim me animus fallit; futurum est, ut huius me audientiæ perpetuo pæniteat. Nulla mora; Coëunt acies, Thorolfus priore successu ferocior factus; inter primarias suæ aciei in hostē potēterfurit: quidvis obvium pessundans. Et ecce non diu est, cū Dux Adillus, priore prælio fugatus, inopinatò ex sylvâ, cum sele-

selectis aliquot militibus prorumpens, Thorolfum à latere opprimit, & multis una hastis confodit. Occumbit fortiter heros: & signifer Thorfinnus Strange, nonnihil retrò cessit, ubi agmen magis confertum erat. Cæso Thorolfo, hostium clamor ingens exoritur: tanquam mire triumphantium &c. Quod animadvertens Egillus, suâ statione desertâ, in fratris locum injussus succedit? Nec hostem aliter quam avidissimus in caulam immissus lupus, discerpit & dilaniat, donec etiam ipsum Adillum inferis mactet; istam hostium aciem quæ contra fratrem iverat, penitus fundat. Inde cum suis Adalsteino auxiliatum advolans, Scoti aciem mox disturbat; quâ disturbatâ, Olaus Scotiæ Rex cadit, & quod copiarum reliquum, subitam fugam capessit. Nec Egillus datâ strage saturatus, fugientibus instat, eosq; numero maximo, trucidat. Deinde fratri pro more illius seculi, funus faciens, manum utrâq; annulo investivit, cumq; universâ armaturâ viventis, contumulavit. Hinc Anglum in vicino oppido offendens (is enim datâ strage contentus, ne quò fugientes insecutus fuerat) magnum præ se ferebat ob fratris casum supercilium. Quem Rex datis duobus annulis, & scriniis duobus bene magnis, argento repletis, placavit. Quin etiam hoc addidit, ut Egillus quidvis præterea à se petens, obtineret: bona mobilia, sive immobilia, præbendam vel præfecturas. Egillus porrò Regiam munificentiam gratus excipiens carmē encomiasticon, à se, linguâ Norvegicâ (quæ tum his regnis communis) compositum, Regi dicat: ac pro eo, duas marcas auri puri (pondus marcæ ut supra dictum, 8. Joachimicos seu uncios æquabat) honorarii loco retulit. Deinde in Norvegiam reversus & locupleti conjugio auctus, patrios demum lares revisit. Non multo post tempore, in patria jam agens constanti rumore accepit. Bergonundum quendam Norvegiæ magnatem, & suum levirum, bona amplissima u-

xori suæ, ex æquo cum Borgónundiana conjuge, jure hæreditario debita, injustè occupare. Ad quæ repetendum in Norvegiam profectus Bergónundum in jus vocat; ad forum Gulófing. Cæterum reus, quamvis injustè rapinæ sibi conscius; tamen regia autoritate confisus (in cujus summa fuit gratiâ: Cum contra, Rex ille Blodoxius cum Gunhillda Egillo infensissimi essent) in jus venire non dubitavit; ipso Blodoxio cum conjuge Regina in auxilium rei præsentibus.

Egillus actionem instituit: judices deliguntur: reus causam dicit. Tandem Gunhillda, prævidens fore ut amicus suus Bergónundus causâ caderet; Blodoxium, ad judicibus resistendum multis instigat: dicens inter alia Blodoxium, quamvis Egillo imperium sibi deposceret, non succensurú esse, &c. Veritus nihilominus est Blodoxius apertam tyrannidem, in judicum animis metu perstringendis, quo minus justam ferrent, in controversiâ manifestâ, sententiam. Nihilominus bona Gunhillda armatis satellitibus, circo, in quo judices de more considebant, effracto, judicium ante prolatam sententiam, turbavit.

Egillus igitur hic, ad consuetudinem lege receptam, confugit; & Bergónundum ad monomachiam provocavit; ut victori bona controversa, cederent. Tum Rex: Si pugna, inquit, tantópere cordi est; copiam faciemus pugnæ: Ast Egillus: Nihil equidem, ait; pari utrinque sociorum numero, cessurum me, nec tibi quidem Blodoxi, existima: Et cum dicto ad naves se recepit: Erat enim in foro inermis. Ast Rex expeditis sex navibus longis, unam Egillianam persequitur: Egillus verò, obviam regiæ navi à suis paululum disjunctæ, cursum dirigens, ex regiis quendam amicitia & sanguine conjunctissimum, missili trajecit: atque ita sine majore conflictu, levi navigio usus, fretus sociorum virtute

littus.

littus legendo evasit : quod iter Regiis navibus impervium fuit.

Porrò Blodoxius fratrum suorum factionibus, ut ex historia Norvegica constat, aliò vocatus, Egillum inultum reliquit. Interea Bergònundum cum fratre, & quodam tertio Magnate, in subsidium ijdem à Rege relicto, solus Egillus, digladiando una hora occidit: Et villam opulentissimam diripuit. Paulo post Blodoxii filium, Rógnvaldum, cum sociis 12. pugnâ navali confecit, ejusdem prædio similiter direpto.

Hinc rectâ in Islandiam perrexit: Recepitque post modum defuncti patris bona & habitationem.

Dum hæc geruntur: Haquinus Adalsteinius, ab Anglo, nutritio nempe suo, subsidia mutuatus, fratri Blodoxio bellum infert: Eumque Norvegia exulare cogit. Hæret igitur in aliqua Britanniæ parte Ericus, Adalsteino Regi non parente, ducatus beneficium, nescio à quo adeptus; Cùm Gunhillda, artibus magicis, Egillum ex patria exciendum curat; ut eo scilicet ad justum supplicium uti, daretur sibi suisque. Et jam Egillus sese in patriâ continere nequit, quin navigationem in Norvegiam instituat. Ciet in dimidiato itinere turbidas Gunhilldiana ars, tempestates & Egillum ad Angliæ littus Naufragum compellit. Agnovit Magicam vim Egillus, cui necessario sibi parendum esset; atque ad Blodoxii Lares sese festinus confert: Compellatoque in primis Arenberno quodam Nobili, uxoris suæ consanguineo (qui Erici aulam etiam in exilio secutus est) & amico veteri, itineris causam & successus exponit. Hic Egillo & decem præterea lectissimis viris assumptis, in conspectum Erici, Satellitum epulantium mensis, circumcincti, prodire & veterum injuriarum amnestiam, pro Egillo petere, non veritus est: quos rex minaci vultu & verbis

R 2 exce-

excepit; Ipsa præsente Gunhilldâ ac ad crudelissima quæq; Regem instigante, adeò ut hic nihil nisi Egilli necem, & quidem è vestigio inferendam, craparet. Tum ab Arenberno tale fert Rex responsum: Itane vero, ait mecum Erice agis? qui te semper ante alios feci maximi? Qui in tuam gratiam nec fortunæ nec vitæ propriæ ab exilii & etiam domesticis periculis peperci: quique amicos & dulcem patriam tuo nomine reliqui; tui nominis & incolumitatis semper studiosissimus fui? Ast tu jam unius hominis noxam & vitam, cuius tu tibi potestatem habere videris, petenti mihi cōdonare recusas. At tu ne esto nescius, te invito mihi hominem non sine sanguine erepturum esse: tibiq;, si armis magis quàm amicitiâ agere velis, victoriam magni constituram; ita ut Egilli necem satis carè mercatum te fateare.

Hac oratione Blodoxii animus motus est; & Egillus impunè dimissus: Qui se ad Adalstenum, veterem Dominum & amicū conferens, ipsius ad Haquinum Adalstenium NorvegicaRegem, commēdationem impetravit, quò bona Norvegiæ, jure hæreditatis sibi suæque conjugi debita, non refragante Haquino, facilius obtineret: Quæ obtinens, ab Adalsteino jussus est, in Angliam redire, ut Angliæ Marscalcum ageret: Sed paulò post Adalsteino virorum numero exempto, id consilium irritum fuit: Porro Egilli iter Norvegicum persequamur.

In primo Norvegiæ aditu immanem pugilem Liotum cogn. Pallidum, hac occasione devicit. In insulâ quadam Norvegiæ Haudur appellatâ, Arinberni illius Egilli familiaris, soror nobilis habitabat; jam vidua, filium habens Fridgeirum & filiam, forma & moribus præstantissimam. Prædictus vero Liotus, Scotus natione, gigas Norvegiam peragrabat; monomachiæ ritu & rigore, ingentem divitiarum cumulum colligens. Erat enim præcipuè eo tempore, Mo-

no

nomachiæ lex valde mirabilis. Nempe ut præterquam quod ad lites forenses decidendas Monomachia spectabat; ut hactenus sæpius doctum est; etiam liceret cuilibet alium, petitionem denegantem, ad singulare certamen provocare: Hic etiam victor omnia victi bona, ut legitimus adibat hæres. Ille autem Liotus pugil, Fridgerum sororis nuptias sibi denegantem, ad certamen singulare provocabat: Et jam sub constitutum tempus, contigit Egillum apud hunc Fridgeirum divertere: Qui quod invalido nimis corpore, impar esset immani futurus pugili, Egillum in suum locum substituit: lege namq; & illud licebat. Egillus igitur, ut Arinberni consanguineis hoc pacto benefaciens, ipsi quo Arinberno cui plurimum debebat, gratificaretur; Pugilem vicit; victique bona omnia, jure sibi vendicavit, Eorundem cura Fridgeiro cómissa; ipse veró in cæpto itinere ad patrios fundos repetendos, itemque eos, de quibus cum Bergónundo litem habuerat, perrexit.

Bona itaq; aucta, sub Pulcricomo amissa, indulgente Norvege, mox obtinuit: Reliqua vero illa; Bergónundi, frater, Atlas, cogn. Stamme / id est: Curtus: occupavit. Erat is & re & nomine Atlas, per Andiphrasin, Curtus appellatus, gigantea staturâ & viribus; etiam arte magica excellens. Hic cum in judicio vellet perjurio vincere; Egillus ad monomachiæ leges confugit: Quare jam datis dextris in hoc consentiunt; ut victor bona controversa, sine controversia possideat.

Arma animosq; summunt: Galeam, Clypeum, hastam, gladium. Hastarú jactu neuter alteri nocere poterat. Deinde arctiore congressu, Clypeos crebris ictibus, inhabiles reddunt. Sed non indiguit Clypeo Atlas: id enim arte magica effecerat; ut Egilli gladius vel capiti vel collo fortissime adactus, incidere non valeret. Maximum inde Egillo pericu-

culum, & dubius pugnæ exitus. Is igitur, abjectis armis Atlantem sublimem rapit; humiq; prostrati guttur, seu jugulum, dentibus aperuit dissecuitque (siquidem Atlas ferro lædi non poterat.) Et is continuò animam incantatricem efflavit. Sed habuit præterea aliquid adjunctum monomachię lex; Sicut etiam supra commemoratum est.

Insolitum, dices, & fortasse inhonestū victoriæ genus? Sed quod in milite Romano, pugna Cannensi devicto, ac Numidæ os, naribus & aurib. dente (cum ad arma manus essent vulneribus inhabiles) corrosis deformante, scriptores laudant: & victoria honestæ loco ducunt. Vid. Val. Maxim. lib. 3. c. 2.

Taurus enim monstrosus produci debebat; quem si victor primo ictu, non interfecisset, licuit victi hæredibus vel amicis, victorem ulcisci. Egillus igitur, ut solidam de Atlante victoriam reportaret, dextrâ mandibulam, læva tauri cornua præhendens, cervice subito confracta, bovem exanimavit; Sicque demum controversis bonis potitus est.

Post hæc Egillus in excursu quodam Frislandiæ maritima attingens: cum procul sociis longiuscule solitarius evagaretur, ab undecim Frislandis unà impetitur. Quibus cum manu acerrimè confertâ, victor discessit.

Ad ultimum etiam, à Norvego in Varmelandiam ad tributa diutius subtracta, exigendum mittitur: Paruit id temporis Norvego Varmelandia; eique Dux quidam Aremnodus à Rege præfectus, primùm Dominum, longo fortè tempore, vectigalibus fraudârat; Deinde legatos bis duodenos, ad eadem exigenda missos, perfide interceperat: Eamque injuriam hactenus impunè tulit. Ad hunc igitur seductorem Egillus tribus tantum usus sociis, venit. Cui quidem Baro, tot annorum, quod desiderabantur, vectigalia adnumeravit: Sed tamen ad eundem in viarum perplexitatibus, quæ ibi plurimæ sunt, intercipiendum, viros delectos 30. in insidiis collocavit: qua arte antecedentes Norvegi legatos bis cæperat. Ast verò Egillus innatæ virtutis non oblitus, 30. istos ex insidiis erumpentes fortissimè excepit: exque iis XXV. trucidatis, suorum saluti (quos III. tantum fuisse

se diximus) Consuluit: reliquis quinque fugam capescentibus.

Fassusque hic est Egillus, adversissimam & maximè arduam habuisse pugnam. Atque hæc summa est eorum, quæ Egillus hic noster patravit in exteris: In patria enim valdè humanus & quietus vixit; ad decrepitam usque senectutem: mortuus in prædio meridionalis Islandiæ Moffell / ibidemque sepultus more prisco: sed quia Egillus in Adalsteni Angliæ R. aulâ, tùm fortè, Haquini Adalstenii Nor. R. melioris religionis semina imbiberat; Successu tẽporis sacrarum ędium usu apud nos recepto, Egilli Sarcophagum, filius thorsteinus refodi curavit, & in cœmiterio Mosfellensi recondi. Supervixit aũt. ad tẽpora Haquini Apostatæ Norvegiæ præfecti: Iam nonagenarius. Hujus cranium & reliquum Scheleton post multos annos in dicto prædio effossum, reficiendi templi occasione oblata, posteritas mirata est: & Cranium quidem undiquaque undulatum, continuis veluti suturis invicem, undarum in morem, succedentibus, & paululum quasi assurgentibus id quod ad firmitudinem cranii profuisse existimamus: Etenim Cranium tanto tempore, terrâ abductum, securi vel malleo grandi frangere, astantes nequibant: Sed albedine quàdam tantùm, ictum repræsentavit calvaria. Cæterùm jàm de aliquo alio adhuc, ex nostratium numero mihi despiciendum, qui huic tam præstanti Atletæ latus claudat.

Buc.

ETiam hic nobilissimo genere natus, præmultis facinoribus claruit: Idola abominatus, & hæc, & his sacratum in viciniâ fanum Magnificum, in Kiarlarnes / Islandiæ meridionalis provinciam, igni delevit: Cujus etiam

supra

ſupra meminimus. Aulam Haraldi Pulcricomi ſalutans, giganti Æthiopico colluctatus, vicit: in patria etiam pluribus armatis fortiter reſtitit.

Genealogia quarta.

Biorno, cogn. Buna, id eſt: Pedo, vel μεγαλόπους.

Rapperus.

Cetillus. Cogn. Flatneffur: Simus: Nobili Baron um Norveg. genere oriundus.

Theodorus Steggi. — Helga, Nupta Cetilberno Antiquo de Mosfelle.

Aurlaugus Patrix ſeſtre.

Helgo Biota.

Auduna, filia. — Thorſteinus Ruffus

Biorno. Auſtræ- ne.

Ioruna, manvits brecka.

Thoruna hyrna.

Thorhillda Oſca filia

Thorgerda. Nupta Dallacollero. Primum: Deinde alteri: itaque ex diverſis conjugiis

VVigdiſa

Olafvus Feiland Dominus hæreditarius in Huan. ad ſinum in de Hauns fiord dictû.

Hoſculldus

Rutus XXVI. liberorum parens, qui omnes ad maturam pervenerunt ætatem.

Thorleicus — Bollerus — Bollo.

Olaus Pa, — Kiartanus — Aſgeirus.

Barderus

Heliodorus

DECLARATIO HVIVS *Genealogiæ.*

CLaſſem Pulcricomus Hebrides verſus parabat, ad eos domandos, qui potentiæ ipſius metu, bona avita in Norvegia reliquerant, inq; inſulis iſtis Hebridum conſiderant; unde

de sæpius Norvegiam, Haraldianam inquam ditionem, validis excursionibus infestabant: Huic classi præficitur quidā Cetillus Flatnefur/ id est: Simus: Sed valde invitus; quod in patriâ, ampla prædia haberet; quibus Pulcricomum inhiare sciebat; seq; ab eodem propterea, huic periculo objici. Abit nihilominus Cetillus, secumque universam familiam, assumit; solo filio Bernone, ad Prædiorum curam relicto, victisque Hebridibus, iisdem præesse cæpit; Neglecto Norvego: Unde & Cetilli relicta prædia: à Pulcricomo confiscantur: & à Regiis vicariis, ejecto filio Bernone, penitus occupantur. Quod filius Biorno ægre ferens, affinitate Baronis Iemtelandiæ, Kiarlaci/ cujus filiam duxerat, firmatus, Regios ulciscitur; à quibus patria bona occupata sunt, iisdem partim ejectis, partim occisis; Simulque Norvegia excedens, in Insula, Mostur/ab eiusdem Domino Nobili Thorolfo; cognom. Mostrarskegg/ hospitio excipitur; ad sex menses, plus minus: qui idcirco, Biorno inquam & Thorolfus, ut in posterum Haraldianas inimicitias vitarent, cū numerosis familiis in Islandiam transfretarunt: & littora occidentalia pertingentes, Biorno prædium fundavit à suo nomine Biarnarhoffn: Thorolfus vero promontorium seu terræ quandam Lingulam, Thornes postea dictam, occupavit, habitavitque prædium Hoff: ubi & fanum Deorum extruxit. Thornes porrò appellavit, à statua Jovis seu Thori, lignea, quam is, jam in insulæ conspectum veniens, pro felici auspicio, more illius seculi, in undas projecerat; ut ibi habitationem fundaret, ubi statuam in littus ejectam depræhendisset.

Interim Cetillus Simus Hebridibus præest: & filiarum unam, Adunam Olao sive Oleifo, Regi Irlandiæ dat nuptum: qui patrem habuit Inghaldum, Regulis Norvegiæ oriundum, & ejusdem dignitatis & nominis virum; cujus illi. Matrem verò Thoram; Ragnari Lodbrogh/ ex filio Sigvardo; ne-

S ptim:

ptim: qui conjuges, Olaus inquam & Aduna, Thorsteinum Ruffum susceperunt.

Thorsteinus Ruffus, patri in Ditione Irlandiæ successit; Subegitque præterea dimidium Scotiæ; ubi etiam Scotorum fraude peremptus est. Quare mater Aduna istas terras exosa, utpote sanguine & cædibus infestas, recentiq; filii cruore madentes, numerosas suorum familias, quæ hic describi nequeunt, in Islandiam secum abduxit: in quibus familiis etiam 4. ex Thorsteino filio, neptes, & nepos unus: Olaus Feilan: Quæ familię, quomodo paterni generis nobilitatem probare possint, jam dictum: Maternum verò eisdem genus, nihilo ignobilius: Duxerat enim Thorsteinus Ruffus uxorem quãdam Thuridam: cujus mater Rafurta, Irlandiæ Regis filia; pater Evindus Austmann, Regibus Daniæ oriundus. Istæ itaque familia, nobilitatem Islandiæ, suâ deinceps prole auxerunt: Ex quibus Hansculldus & Rutus, Thorgerdæ, ex diversis tamen conjugiis, filii, potissimum eminent; quorum genus in historiis inde à Ragnaro Lodbrogh/ deducitur: Horum Avunculus, Olaus, Feilanius, in prædio Huam; occidentalis Islandiæ, ad sinum Huamsfiord sito, defunctâ ibidem aviâ, Adunâ, Dominus hæreditarius evasit: Sed de fratribus istis uterinis pauca.

Hausculldus & posteri.

HIc prædio suo urbano quod in Laxardal occidentalis Islandiæ situm est, nomen dedit Høskulldad: magna virtute, Haquino Adalstenio Nor. R. probatus, à quo annulum cum gladio, honorarii loco, meruit. Patrem habuit Gollerum Baronibus Norvegiæ oriundum: & Islandiæ occidatalis incolam. Filios tres reliquit, ut ex tabula præmissa apparet; qui defuncto patri justa soluturi, convivium dies XIIII. celebrant: viva-

plurimis insulæ magnatibus eodem convocatis; adeò ut convivarum numeris ad nongenta excreverit: nullis potioris notæ viris, indonatis dimissis. Hujus suprafuit mentio.

Filiorum tertius Olaus, ex Melcorrâ Irlandiæ Regis filia, quam Hoscculldus captiram â piratâ quodam, in exteris redemerat; natus est. Qui ætate jam adulta, generis materni ortum certius cognosce desiderans, Norvegi Aulam Haraldi Gråfeldii, primùm sectatur. A quo deinde navigio 60. viris instructo donatus, Irlandiam petit: atq; avū Myrkiartanum Irlandiæ Regem conveniens, certa eidem, & anui, matris olim nutrici, etiam jam superstiti, consanguinitatis argumenta, â matre accepta, ostendit: Annulum nempe & baltheum cum sacriperio, ab iisdem agnita & filiæ Melcorcæ olim dono missa. Duxit verò uxorem hic Olaus pā, Thorgerdam Egilli Scallagrimii filiam nobili Baronū Norvegicorum Sanguinæ oriundam, Islandię meridionalis civem: Ex qua filium Kiartanum, proavi materni ferè retinentem nomen, suscepit; maximæ spei juvenem & summis virtutibus genus suum condecorantem. De hoc refertur; quòd in Norvegiâ cum Olao Triggonis, Nor. Rex notandi arte certaverit: Cernens enim Regem in amne Nid / natando ludentem, nec tamen Regem agnoscens, præceps eodem delatus (Nam & ille in arte cædem aliquid posse visus) cum Rege multum diuque natando certavit. Erat autem tale certamen ut unus alterum submersum, quâm diutissimè detineret. Cum verò Olaus R. tam hac arte quam reliquis, plurimis ne dicam omnibus sui temporis hominibus anteiret. Kiartanus inferior factus est. Id is pro animi sui generositate, ægre ferens (quippe qui ab uno vinci solutus non esset) cum jam alveum fluminis ascenderent, Regem vix est alloquio dignitas. At humanissimus Rex Olaus, Kiartanum, de nomine & patria interrogatum, rogat; velitnè se vicissim de nomine interrogare? Negat sci-

re velle Kiartanus. Tum Rex: Scies nihilominus, inquit: Ego Olaus sum ille Triggonis Norv. Rex à quo vinci, nullus hactenus erubuit: unde & tu idipsum ne ægrè feras. Kiartanus averso vultu, discessum parat: Revocat Olaus: & ut ingenuo non irato animo ad certamen venisse, videatur, monet: nec sine honorario dimissum, ad colendam benevolentiam tandem allexit. Id vero tẽporis, conventum frequentissimũ Rex, Nidrosiæ indixerat: Ad fidem Christianam omnibus persuadendam, qui eam non sunt eo usque amplexi. Hibernabant Nidrosiæ tres naves Islandicæ: Ipsiq; cum reliquis Ethnicis, conventui interfuerunt Islandi; cum Rex Olaus, ut alias sæpè, prolixâ & disertâ oratione de religione Christianâ dissereret: suis consiliis & voluntati obsequentes, amicè tractans: præfractis & contumacibus, mortem & mala quævis minatus. Dimisso conventu, Rex corycæos (Nam consilium de Islandia convertenda, animo versabat) ad Islandorum hospitium, sub vesperam mittebat, qui illorum sermones & colloquia diligenter notarent. Islandi, postquam mero animus nonnihil incaluit, varias de habito conventu & religionis mutatione sermones serunt: Quæsitumq; inter alia, quidnam consilii capiendum esset, si ad recipiendam fidem Christianam inviti raperentur? Finxit imprudentem audaciam Kiartanus: Ex duobus inquit unum eligamus: aut oblatam religionem libenter accipiamus: aut Regiam, de nocte incẽdio aggrediamur & armis: & quidvis prius tentemus, quam virtutem nostram cogi patiamur. Tum sociis posterius illud dissvadentibus; vestra causâ, inquit, hoc dixi, non meâ; ut videretis timiditate meâ, nihil vestræ fortitudini detractum iri.

Mihi autem, prior conditio censetur potior. Hæc ubi à corycæis ad Regem allata sunt, concionem postridiè convocat: & quisnam Islandorum tam temere audax fuerit, quod Regiam voluerit igni & ferro adoriri, requirit? Illico Kiartanus

nus, ſine veniæ deprecatione confeſſus eſt: Me ne vides, inquit? Is ego ipſe ſum; ô Rex. Tum Olaus: Ego vero, inquit, video: & ſatis quidem audacē: Exemplum certè omnes meritò in te edendum cenſent, ne alii in poſterum Regibus ſibi bene cupientibus ſæva minentur. Sed propter animi tui ingenuitatem quod hæc non ſerio effutiveris; & etiam conſtātiam; quòd quæ dixeris, intrepide fatearis, impuniti dimittemini, tu & ſocii. Sed interim ego meam de vobis meliore religione imbuendis voluntatem benigne urgebo: Non enim dubium, quin patria veſtra tantos viros, ad noſtram religionem converſos, magni ſit factura: Tum ſi qui pertinacius cōtraire volēt, tu pro animi tui cōſtantiā & fortitudine cognitā veritatem adverſus Ethnicā rabiem ſis acerrimè defenſurus; tumque etiam tuo exēplo plurimos in obſequium ducturus. *Oratio Regis ad Kiartanū.*

Et jam vix finierat Rex Olaus, cum rogatu ſociorum ſic Kiartanus inciperet. Magnas equidem clementiæ tuæ, ô rex, omnes nos quotquot hîc adſumus Islandi, agimus gratias, quod ſine ferro & carcere nobiſcum agas: qua etiam ratione, id quod intendis, non infelicius ſuccedere animadvertes: Eo enim ingenio nati ſumus, ut gratia & favore Regio, ac impunitate donatâ, citius ad obſequium adducamur; quàm vel tormentis, vel etiam ipſa morte propoſitâ: id quod majorum noſtrorum magnanimitas & infracta conſtantia nobis peperit. Quod ad me autem; non tam demens ſum, quin me male & temerariè locutum agnoſcam. Clementia verò tua, eum te facit, qui eſſe debes; juxta vetus verbum: *Miſereri, eſt majoris.* Illud autem verè divinâris, religionem veſtram, ſi ſemel ſuſcepero, ejusdem fore longè tenaciſſimum &c. His & ſimilibus verbis ultrò citroque habitis, concio dimiſſa eſt; & Kiartanus cum ſociis, ſacro fonte abluti: In his fuit Bollo, Kiartani patruelis: Item Hallfredus quidam, inſignis Rythmiſta: qui ſe baptiſmi ſacramento initiari nolle affirmavit; *Kiartani reſponſum.*

nisi ipse Rex Olaus, initiationis arbitrum seu susceptorem (compatrem) ageret; id quod humanissimus Rex haud invitus præstitit; indeq; Hallfredo cognomen fecit, Wandræ-daskallda: atque hæc circa ann. C. 997. acta. Et Kiartanus cum Hallfredo, in aulam Regiam asciti sunt. In aula Norvegica Kiartanus triennium fere commoratus, ob summas virtutes Regi eo usq; dilectus erat, ut sororem Germanam, fuisset illi in matrimonium Rex daturus, Nomine Ingiborgam; si modó kiartanus ad hoc conjugium, & vitam in Norvegiâ transigendam animum appulisset. Sed eum fata alio vocabant: Nempe in patria, patruelis gladio occumbendum ipsi erat: Cuiusmodi fatum sinistrum ex tam pertinaci in patriam revertendi (adversus etiam regias preces) animo, Rex, qua erat sapientia, præsagiens, cum iam Kiartanum, inter alia beneficia, etiam insigni gladio ornatum, honoris ergo ad naves, valedicentem deduxisset; kiartano navim conscendēte; Rex paululum digressus, ac interim subitó respiciens ait: Næ ille magnus est vir, & genere & genio: [Mickid furdz ad Kiartani oc sine Hans] & dolendum profectó extremum illud summornm virorum fatum [3 vij. kadi eptij seddā meñ.]

In patriam reversus, uxorem duxit Refnam, Borealis Islandiæ ex Wydedal / virginem nobilem; Regum Daniæ & Sveciæ adneptim. Vixerat autem pauló ante in vicinia kiartani fœmina quædam formosa, sed improba nimis. Quæ quòd olim kiartani nuptias ambiisset; ille veró recusasset; Bolloni nupsit Kiartani consanguineo; quem etiam in eiusdem necem, nocte dieq; nunc prece nunc maledictis instigabat, id quod malæsuadæ fœminæ, solicitationibus successit; ut ad cædes usque mutuis iniuriis certaretur: Cum Bullo sex delectos sicarios, in Kiartani necem, solitarium iter facientis, concitasset. Qui obvium kiartanum continuo adorti, spectante primum Pollone; accerrimè manum conferunt.

Quos

etiam Kiartanus fortiter & intrepidus excepit: id tamen tantò minus, quantò prædictæ fœminæ dolis peius ipsi prospectum erat. Ea enim gladium eximium, quo kiartanus uti solitus, & quem discedens à Norvego dono acceperat, furtim auferri curârat, altero vilissimo substituto: quo nunc inimicorum impetum propulsare necessum erat. Qui gladius suppositititius, cùm ad quemlibet ictum inutiliter curvaretur, à digladiantis plantâ vel poplite, inter confligendum ad singulos ictus reformari postulabat. Quod kiartanus usq; ad hostium fatigationem fortissimè præstitit: ipse quoq; fatigatus. Eosdem retrorsum prodigando, ac unum occidendo, alios vulnerando, ubi etiam confligendi pausam faciebant: tum hostium quidam conjurationis corycæum Bollonem ociosè spectantem increpavit, verbis amaris: Bollo lectissimo ense instructus, kiartani, ne repugnantis quidem jugulum petivit: Ad quem interim kiartanus: etiam tu hîc patruelis, inquit: Ego verò abs te interfici, quàm tui nefariâ cæde commaculari, malô: & cum dicto expiravit: Bolone nefandi sceleris pœnitentiâ ducto, kiartani verò relicta conjunx dolore extincta fertur. Atq; sic fœmina versutia etiam optimis nocere potest. Nec Bolloni incruenta constitit victoria. Nam ob Kiartani cædem ipse & multi alii, qui huic cædi interfuerunt, mactatus est; à kiartani necessariis: tam in patria, quam extra patriam &c.

Rutus.

HAuscalldum & ex posteris ipsius aliquot, ita paucis commemorasse satis: Fratrem quoque Rutum; sed paucioribus. Is Hosculldo uterinus tantum; patrem Heriolfum habuit Norvegum: Prædium eius Ruffstad fratri vicinum, vixit adolescens in aula Haraldi Grafeldii. Reg. N. Eidem summa virtute commendatissimus; unde navi egregia à Rege, à Regis

gis

gis matre Gunhilldâ annulo ornatus, in patriam rediit. Post annos aliquot Norvegiam invisit, bona hæreditariâ, quæ ex patrui adoptione ad ipsum spectabant, repetiturus, ab Atlante quodam, Arnvidi Ducis Jamtælandici, tributa Norvego subducentis, filio; insigni pirata, occupata. Quem Rutus in Hellesponto Danico. pugna navali adortus, devicit: & bona recuperavit hæreditaria. Sicque infestissimi piratæ cæde, magnam à Norvego gratiam iniit, &c.

Ex duobus consequenter conjugiis, filios 16. filias 10. Rutus suscepit: ita ut tot liberorum felicitate, patrias virtutes ubiq; referentium, suis hominibus admirationi fuerit, cum semel in comitiis anniversariis, quatuordecim filiorum, qui ex Ephebis excesserant, maxima sane spei juvenum, coronâ stipatum cernerent. De cujus viri sapientia, fortitudine & ornamentis quamvis plura dici queant; eisdem tamen supersedeo volens.

Thorsteinus Tauripes.

QUamvis hic ad præcedentem, tabulam enim pertinet, tamen propter Synchronismum, à Kiartano non longo intervallo divellendum censui: in eadem namque aulâ, Olai Triggonis, & ferè unâ vivebant. Thorsteinus hic nobili Thrandhemorum (Norvegiæ provincia Nidrosiensis, antiquitus Thrandheim, dicitur) genere oriundus in Islandiâ Orientali natus est: & florente juventâ, promovente consanguineo Styrkaro / de Symsum, in aulam Olai Trigg. Norv. R. recipitur: ubi mox æmulorum satis. Et quia Thorsteinum robore præstantiss. animadvertunt, quidam Haricus subordinatus Thorsteinum interrogat, an quempiam sibi comparandum duceret; & an ipsum Regem? De aliis equidem nescio, inquit Thorsteinus: A Rege verò aliarum virtutum experientia magis quàm roboris me superatum iri, sat scio.

Mox

Mox Haricus Thorſteini verba inverſa apud Regem detulit; ut qui ſe cum Rege comparandum diceret. Rex id aliquantiſper celare: Tandem in ſuorum conceſſu exorſus: Nonne tempeſtivum tandem videtur, inquit; Quid noſtrum uterque poſſit, ego & is veſtrum, qui ſe mecum comparandum duxit, experiri? An verò id de te Thorſteine fateris. Thorſteinus dictum negare: & Harici inverſionem & dolum ingenue corrigere: Deinde addere: Cur autem inquit non retulit potius Regi, bene candidus Haricus, de tauro immani [villam enim Haricus habuit, ubi forte jam Rex convivabatur] quem idoli loco furtivis cultibus obſervat & adorat? Haricus illicò taurum producere juſſus, in vicinam ſylvam Regem abduxit & ſocios; vident ſatis magnam boum copiam: inter quos tremendæ & inuſitatæ prorſus magnitudinis taurus: nec magnitudine ſolùm, ſed etiam voce & geſtu horribilis. Ibi Thorſteinus taurum à Rege compræhendere juſſus, incredibile edit roboris ſpecimen. Etenim poſteriorum pedum altero valida manu correpto, totam coxendicem à reliquo corpore avulſit; tauro eâ vi renitente ut anteriores pedes genuum tenus terræ (forſan ex parte limoſæ) infixos haberet. Placuit Regi mirum in modum incomparabile facinus; pronunciavitque Thorſteinum; unius hominis robore nunquam vincendum fore. Sed & immanes aliquot in Norvegia Thorſteinus gigantes confecit; ſolo adjutus conſanguineo, prædicto Styrcharo: qui prius 60. viros contra ſe à Rege miſſos deleverant, 4. exceptis. A tauri autem victoria, Thorſteinus cognomen Rege imponente ſortitus eſt Tauripes: Oxafótr. Poſt modum in extrema Norvegi pugna ad Griphisvoldam, adverſus tres potentiſſimos principes, hic Thorſteinus ſatis ſtrenuum ſe præbuit: Etenim hoſtibus tandem Norvegi Regiam navim aſcendentibus: Thorſteinus pugno ut clavâ, feriebat. Deinde antemnâ cor-

Thorſteini hoc facinus (aut reliqua) ſi quis incredibile ducat, Polydamantem accedat, qui boum armenta intrãs, taurum immanẽ, altero poſteriorum pede arripuit, ferocientemq; & præ rabido impetu proſilientem, non dimiſit prius, quã in eius manu ungulam reliquerit. aut: Cal.

Titornum itẽ Buſequã legat; qui ſimiliter maximi cuiuſdã tauri pedẽ corripuit, furentẽq; & inde proripere ſe cupientem, conſtantiſsimè retinuit. Quod videns Milo Crotoniates, (alioqui robore admirando pollens) ô Iupiter inquit, an alium pro ſe minaſti nobis Herculẽ hunc. Hæc ex Cælio, aliorũ verbis appoſui.

reptâ, omnia fuiſſet invictiſſimi Gigantis inſtar, peſſundaturus, niſi à Norvego eſſet inhibitus: qui vinci malle ait; quam Giganteo more pugnare. Videbuntur hæc forſan ſatis hyperbolica: Sed quorum tamen exempla in veteri ſeculo reperies: Annon de Martio quodam Romano legimus. Qui ſolitus ſit carra venientia, arbori vel lapidi innixus (Cardani verba ſunt) remorari; Digito intra pugnum concluſo, ut clavâ, ferire? Quem idcirco Hiſpanæ Legiones, in Ducem, Scipionum loco elegerint. An non ſimile de Cicinio Dentato? Vid. Plin. & Gellii noctes.

Thorſteinus Skelfur, id est: ſcrupulus.

Pugnavit fortiſſimè in eadem Norvegi Naumachiâ, alius Thorſteinus Islandus: cogn. Skelfur; Scrupulus: Eò quòd clamantem aliquando ter Dæmonem, dixiſſet ſibi non metum, ſed ſcrupulum quendam injeciſſe. Non commemoro reliquos Islandos; qui optimo Regi Norv. iiſdem temporibus cum genere, tum geſtis, commendatiſſimi extiterunt: Sed alio pergimus. Priusquam tamen hujus Regis tempora relinquam, lepidam hiſtoriolam ſubjungere viſum eſt; in exteris quidem geſtam; Sed cui Islandi cujusdam audax facinus occaſionem dederit.

DE AUGMUNDO QUO-
dam Islando.

OLao hoc Triggonis, adhuc rerum potiente apud Norveg. quidam Augmundus natione Islandus, aſſumpto habitu cuiusdam Aulici Regii Hallvardi virum nobilem, ſummum Regis amicum, veterem injuriam ulciſcens, ferro incautum necavit. Nomen aulici Gunnarus, cujus habitum Augmundus aſſumpſerat: quo circa is cædis autor creditus ac à Rege ad ſupplicium poſtulatus ad Oplandos clam aufugit. Erant autem adhuc Oplandi (provincia erat eo nomine in finibus regno-

regnorum Norv. & Sveciæ sita ad Sveciam pertinens ut existimo) Ethnicismo adeo dediti, ut Idolum quoddam colerent præ cæteris, nomine Freyr/ cuius lib. 1. memini; hic fuit conditor Upsalæ (quæ olim Regni Svec. caput) Odini filius: post fata in Idolo adoratus: per quod etiam Idolum, Diabolus responsa dabat. Quod cum cæcutientes Ethnici animadverterent; Deo suo, non solum sermonem, sed& ratione propriam esse; eidem non solùm cibaria & dapes, sed etiam concubinam, ut eum sc. valde bearent, quæ illi à latere esset perpetuò, ministrabant. Contigit autem, profugum quem dixi Gunnerum, magnis itineribus fessum, ad hujus divi lararium divertere: Qui auditâ tantæ divinitatis famâ Idoli cõcubinam rogat (ministram illi vocâre) ut à Divo suo veniam aliquot menses ibidem delitescendi, sibi impetret. Quæ consulto Idolo: Reverâ iratum tibi habes Deum nostrum ait: torvis enim est te oculis intuitus. Interim tam est propitius ut liceat, tibi aliquantisper sub ipsius tutela latere.

Fuit autem tanta vulgi amentia, ut Idolum hoc suum ad convivia vocaret, simulque aurum & ingentia donaria conferret. Igitur non multò post, cũ quidam ad aliquot milliaria dissiti, Deo suo convivium opiparum instruxissent hic Freyr cum sua ministrâ traham à destinatis ad hoc famulis ducendam, ascendunt. Domo abeunt; ac per montana & sylvestriâ perpentes in nives & tempestatum frequentiores, grandines incidunt. Fatigantur Socii: Deum & traham relinquunt: ut ingruentibus cum tempestate validiore, tenebris, vitæ propriæ inprimis consulant. Solus remansit Gunnarus: qui & ipse fatigatus, substitit: At Deus iratus, traha exiliit: & in Gunnarum fortiter irruit: Quem Gunnarus tandem post diuturnam colluctationem, fugiente, qui Idolum movebat, dæmone, subactum confregit: ubi mox ad Idoli concubinam, conversus, obtinuit ut eum pro Divo reciperet. Pergunt

gunt igitur & passim conviviis excepti (nulla enim cacochymia huius Divi orexin impedivit) oblationes alioqui omnes nisi aurum & argentum respuunt, Sicque brevi mediocrem pecuniæ summam corradunt. Procedente verò tempore animadversum est, Divi concubinam uterum gerere: Crevit idcirco maledicta superstitio, ut nihil esset, quod tanto suo Deo non tributum vellent; qui præter morem, etiam liberos gigneret. Is rumor cum ad Olai Tryggonis aures pervenisset, mox verâ conjecturâ ductus, prædicti Gunnari fratrẽ Sigvardum quem secum habuit, amandat, ut Gunnarum proposito Regii favoris præmio; Nidrosiam revocet: Cui nuncio cum se Gunnerus obsequentem præberet Oplandi demum sibi turpiter illusum intellexerunt.

Genealogia 5.

Thorerus cogn. Oxnaþorer: nobilis Norvegiæ.
|
Ulfur.
|
Asvaldus.
|
Thorvalldus.
|
Ericus Ruffus.

OCcidentalis Islandiæ promontorium, Hornstrander/dictum Thorvalldus Asvaldi filius occupavit: habitans prędium in Draungum: huic inter liberos reliquos filius Ericus natus est cogn. Ruffus, Erici Abavus Thorerus genere & divitiis clarus, insulas tres in littore Norvegico possedit; & in

qua-

qualibet 80. Boves castratos: qui ibidem continuè sub dio pascebantur. Ex quibus insulis, unam cum bobus 80. Regi Norvegiæ donabat. Posteri etiam similibus magnificentiæ argumentis claruisse videntur. Ericus porrò Ruffus, eo præ cæteris clarior, quòd, terram novam ab occidentali Islandiæ latere invenerit; ibiq; primus omnium habitationem fecerit: & gentem condiderit circa annum Christi 982. Hæc Grønlandia est: de cuius inventione & cultu; tum de aliquot actibus, qui Grønlandis cum Islandis aut etiam aliis, intercesserunt; Itemq; de Insulis vicinis à Grønlandis vel Islandis potius id temporis repertis; Grønlandiam nostram Lector consulat: ne idem bis scribendum veniat.

Genealogia 6.

Solvara. — Hundulfus.
| Nupta Haraldo Gulskeg — Dux
Thora: Prior conjunx Halfdani Nigri, patris pulcricomi: — Atlas
| Halfsteinus — Atlantis Ducis Norvegici filius, supra commemoratus meridionalis Islandiæ civis: In Eyrarbacka.
| Atlas
| Theodorus
| Thorgisellus, Orrabenius.

HAllsteinus ille initio ferè commemoratus, Atlantis Norv. Ducis filius, metu Haraldianæ potentię in Islandiam Meridionalem concessit: habitavitq; Eyrarbacka: Is proneptem habuit, Thorgisell. virum frugi & strenuum: Qui anno ætatis

 16, in

16. in exteras divertit Regiones; nec multo post, ad extorquenda Hebridum tributa, integrum triennium injustè retenta, à Norvego delegatur. Navi aût fractâ ad promo: Scotiæ Katanes; ille cum sociis servatus est. Infestabat autem ditionem vel ducatum Scotiæ, Catanes, cui Olaus quidam Dux præfuit, pirata quidam terribilis, Surterus: cogn. Jarnshaus: quasi ferreo capite: Ferrum & ignem extremamq; desolationem, Olai ditioni interminatus; nisi sororem Gudrunam sibi nuptum daret. Hic Thorgisellus pro dictâ virgine, monomachiâ est cum Surtero congressus. Magicâ ille arte, Calybem perstringere solebat & gladiorum aciem obtundere. Cuius rei Thorgisellus certior factus, duos attulit in præsens certamen gladios: quorum alterum summo humo occulebat, ad primum hostis aspectum altero magi oculis exposito: quem solum etiam incantabat. Mox auté occultato illo arrepto, hosté Thorg. ferociter invadentem strenuè excipit: & fundit. Non solum virgine à piratâ cupita, sed ejusdé navibus ac sociis reliquoq; belli apparatu potiturus: quibus etiam Hebrides ad obsequium redegit, & Norvego triennii vectigal restituit: quo factum, ut favente etiam Norvego, bona avita, à pulcricomo occupata receperit; quæ in provincia Soghne sita fuêre. Alios præterea ferocissimos pugiles monomachiâ delevit: Snęcollum, Snabernonem: Gyrderum pede præfecto, vicit. Randidum eo monomachiæ genere quo pugnantes vase quodam capaci includebantur, occidit: & patriam revisit.

Hinc ab amico veteri, Erico Ruffo; in Grønlandiam invitatus; cum numerosa familia patriam secundò reliquit: qui quomodo in deserta Grønlandiæ impegerit: quid ibidé passus sit; quaq; in Grønlandia gesserit: vide nostrã Grønlandiam.

Patriam deinde revisens, in prædio Meredionalis Islandię Thradarholt/ad multam senectuté habitavit. Is jam septuagena-

genarius à quodam virenti ætate ex mercatorum Norvegicorum numero, ob senectutis vitia derisus; eundem ad singulare certamen provocavit, occiditq;. Post biennium, cum ab occisi fratribus duobus, cædis postularetur; eosdem quoque ambos simul ad pugnam deposcit. Quæ res tamen sine sanguine, pugnam istis recusantibus, composita est. Supervixit ad annum ætatis 85.

Genealogia 7.

Audunus. Vallæ Rubusti filius. Ejus conjunx Myrina Madadii Irlandiæ Regis filia.

Svarthofderus, Steno, Asbernus, Thorida

Steno — Helga

Thorida: Nupta Ausgeiro de Æyre / Island. occidentalis incol.

Genealogia 8.

Biorno Cetilli Simi filius, cogn. Austræne, ex Baronum Norveg. genere oriundus.

Ottarus. Kiarlakus

Helgo Scotiæ Regis Biolani & Kadelinæ Rolfonis Normandiæ Ducis filiæ, filiam Nidborgam virtute bellicâ adeptus est.

Osviferus cogn. Sapiens.


Gudruna. Thorcillus. Torbenus. Ospakerus. Torolfus. Torradus. Einarus.

Gudruna: Improbissima fœmina, illaque quæ Kiartano Olai f. necem tam in maturam conciliabat.

Vlfo. Stallare: ut reliqui, in Islandia natus, Haraldi R. Norv. Aulæ Magister: & eiusdem levis, nec non Dux Norv. demum creatus, ob operam in bellis exoticis fideliter navatam. Hujus pronepos Nidros. Archiepiscopus, Legatus in Angliam Anno Dom. 918.

Vlfonis nobilis prosapia alibi describitur.

Genealogia 9.



Ex

EX hac & præcedenti genealogia convincitur; Islandis etiam Nobiles imò Reges quoq; Norvegiæ, oriundos: qui interim paternum genus ab ipsis Norvegiæ Regibus ducunt.

Genealogia 10.

Scuta Darſkegge
Nobilis Norvegiæ

Biorno. Occupavit provincias Midfiord & Lynakradall.

Sceggo

PRædium habuit, Reykenſe in Midfiord: etiam hic multis facinoribus clarus. Nam & tumulum Rolphonis Kracka/ Daniæ celeberrimi Regis, aperuit; Indidemq; Gladium Regium Skófnung notatum, itemq; ſecurim præſtantiſſimam, qua Rolfonis pugil quidam Hiallterus olim uſus fuerat, asportavit: non multis (eo præſertim ſeculo, quo mortui ſua non minus quam vivi, tutari credebantur) imitando fortitudinis auſo. In patria ſuorum popularium facile Princeps, cum Theodoro Hrædu / ſupra commemorato, graviſſimas contentiones habuit: qui cum tamen quantumvis bellicoſus, ſingulare certamen nunquam inibat: Unde & Theododori in armis præſtantiam colligimus. Præter alios liberos, etiam hos habuit.

Thorgerda.	Thordisa.	Eiperus A legum scientia, Lagoider cognominatus.
|	|	|
Ingeborga.	Gesterus ille Barderi filius, supra recensitus.	N. Eideri prosapia.
|		
Gunlaugus.		

ORmstunga dictus, quasi Angui linguis, eximius vir multis animi & corporis dotibus notus; Pedum altero ex fætido ulcere male habens, claudicantium incessum sprevit, cum tamen ingredienti sanies calcem arrodens, ulcere ebulliret: quam ob rem, Erico Norvegiæ Duci admirationi fuit, non multo post ann. 1000. A quo cum interrogaretur, cur claudicante gradu non incederet, tanto ulcere laborans? Respondit, pedes seu crura æquam adhuc habere longitudinem, ideoq; claudicatione nihil opus esse.



GVN.

GUNNERUS DE LYDARENDA: ET ORMERVS, EIDEM CONSANGVINEVS.

Genealogia II.

Thorcillus.

Dux Naumdalensis in Norveg. uxor Rafnhillda filia Cetilli Hængii Baronis in Ranistâ.

|

Cetillus Hængius Islandiæ Meridionalis incola: uxor inguna.

Vestarus.	Helgo.	Storolfus.	Rafnerus Primus Nomophylacum apud Island.
|	|	|	
Æstnya. Nupta Ofeigo Grettero.	No. Helgonis filii & consequenter Nepotes.	Rafnhillda. Nupta Gunnaro cuidam Baugif.	Ormerus Cognomento Robustus

Nepotes.

|

Hanumdus

|

Gunnerus, Nobilis de Lydarendâ.

HIc Gunnerus Islandus, plurimarum virtutum exemplar; Quomodo in vita sua à posteris descriptâ ad vivum depingatur, Summatim & per transennam q; cernere erit fortasse à nostro instituto, non alienum. Gunneri aût. natales & hæredum in Schemate posui. Fuit is porrò, ut staturâ & toto corporis habitu virili & decoro; ita animo ad fortitudinem constantiam, humanitatem & prudentiam composito. Ami-

eos quidem accurato cum delectu quærebat, optimos quosq; vixitq; eorundem quoq; studiosissimus. Manu promptissimus fuit, nec minus lævâ quàm dextrâ; sive gladio cominus: sive jaculo eminus decertandum erat; Corpore agilis: staturæ suæ mensuram sursum Saliendo cataphractus adæquabat; nec minorem saltum fecit retrorsùm, quam antrorsum: natatu vel Delphinis certabat: Quid multis? virum plane heroicum dixeris. Iuvenis adhuc exteras invisit nationes: Haquino Apostatâ, Norvegiæ præfecto. Piratas nocentissimos in mari Balthico delevit; & ad Russiæ littora, prope Ravaliam. Interim summâ humanitate in victos usus; vitam cum armorum parte aliquâ, eisdem indulgens: Confectoq; in eâ palæstrâ biennio, ac navibus X. comparatis; Slesvigam appulit; apud Haraldum Gormonis Daniæ Regem, magno in precio habitus: adeò ut locuples conjugium cum ducatus dignitate, Gunnero à Rege offerretur. Cui cum Gunnerus natalis soli amorem præferret; honorifice est à Rege dimissus, eximiæ magnitudinis navem longam, præciosis manubiis onustam observantiæ & Gratitudinis ergo in Regem conferens: ac ab eodem vicissim larga munificentiâ ornatus. Norvegiâ deinde salutatâ, aberat, quia à Norvego retineretur; Sed nihilominus suo fato in patriam redux factus, in prædicto prædio sedes posuit.

Cæterum ut est in veteri verbo: habet suos quisq; nævos: Ita Gunnerus, quamvis ob incomparabiles animi corporisque dotes, omnibus meritò admirandus: tamen jam in uxore deligendâ, ab innatâ illâ animi sui & generosâ libertate ac prudentiâ exorbitavit: à forma muliebri fallacissimâ, etiam contra amicorùm consensum, imponi sibi passus: Nomen fæminæ, ut formosissimæ, ita protervissimæ, Hallgerda: Hosculldi Dalcolleri filia fuit (de quo supra) valde degenera; ut sæpè patrem non sequitur sua proles: Cujus artis vel unicum

para-

paradoxum referam: viros etenim illa duos habuerat; quorum prior illa instigante cæsus est: In posterioris verò nece, ipsa ridibat. Eam tamen formâ & ornatu in foro magno insulæ (quò spectanda venerat) conspicuam, Gunnerus noster (pro gnara nihil mortalia fati, corda, sui. Cogor enim cum statio, hîc ita exclamare) nimis inauspicatò uxorem petit: dissuadentibus, tam amicis quam fœminæ patre & patruo (qui illorum candor fuit; cum tamen veteres illi simultatos cum Gunnero gessissent) moresq; & perversum mulieris ingenium narrantibus (tanta erat veteris sæculi integritas: tam niveum & candidum pectus antiquis illis) Gunnerus verò, sperans fore, ut suarum virtutum suavitate muliebris amaritudinem leniret, si non tolleret, in petendâ fæminâ nihilominus perseveravit: id quod demum obtinuit: sed magno suo cum malo & dolore: Etenim fæminam superbam & omnibus virtutibus inimicam ac à suo ingenio alienissimam semper & ubique expertus est, & nulli minus quam viro & hujus amicis faventem: Quin potius dicto & facto eosdem variè lacescentem. Amicum syncerum habuit Gunnerus, Nialum quendam, in viciniâ suâ habentem prædium Bergthorshuoll: virum sapientem, fideique & consilii plenum: Cum cujus conjuge contumeliis aliquot primùm lacessitâ, ternis demum domesticorum cędibus, bona Hallg. certavit, inconsultis utrinque maritis: ut vel hac ratione Gunneri & Niali arctissimam amicitiam labefactaret: id quod ob utriusque nativas virtutes, minimè successit: Sed quilibet, pro suæ conjugis injuriâ, mulctâ pecuniaria, lege debitâ, satisfecit: pristinam nihilominus amicitiam sanctè colentes. Ne his contenta Hallgerda; cùm virum ad cædem amicorum instigare nequiret; ut ei tamē aliquem ignominiæ notam inureret, atque litibus ac maleficiis quacunq; demum ratione implicaret: à furtis non abstinuit; ob quæ

cum à resciscente viro, colaphum passa esset, viro intermi-nari non est verita impudentissima fœmina; se id injuriæ aliquando ulturam. Quod quomodo præstiterit, post dicendum venit: Nunc quibus rebus Gunnerianæ virtutes in lucem protractæ sint, prius enarrandum.

Virtuti, habet vetus verbum, invidia comes: Id quod noster hic Gunnerus, si quis alius, in primis sensit. Improbi enim (quos, ut ubiq; gentium, ita apud Islandos, bonis fuisse permixtos, minimè dissimulamus) Gunneri felicitatem, à bonis omnibus amati, & sufficiente omnium rerum abundantia beati, torvis oculis aspiciebant: Ideoq; ipsius tam æstimationi quàm vitæ præsens ubiq; periculum intentabant. Quos ille primum constanti patientiâ excepit. Deinde magis magisq; lacessitus, cum vel vitam propriam vel nomen ac famam sæpius periclitari cerneret: eosdem viriliter repressit: ut vel hinc intelligitur.

Etenim cum semel à quodam Ottkillo, post alias illatas injurias, equo effreni prætervecto, Gunnerus Sementem faciendo occupatus, & humi incurvatus, ad genam calcare vulneraretur; illeq; nec verba nec verbera regereret; ab eodem & comitibus septem, ut timidus, convicia absens retulit; cum postea in convivio ad quod equites jam pergebant, de vulnere Gunnnero impunè illatò gloriarentur; diceretq; quidam Skamkillus, Ottkilli familiaris, qui interfuerat, Gunnerum vulnere affectum, lacrimas non continuisse. Quibus dicteriis, ad Gunneri aures subitò perlatis, ille commotus, hic octo armatis, & ut illis visum, sat robustis, solus obviam ibat; quâ jam à convivio redeuntibus iter fuit: quas sibi lacrimas inimicorum conspectus aut congressus excuteret, ostensurus. Octo igitur isti, solum Gunnerum ad amnis cujusdam ripâ congressi, circumdant, & in eam unà mucrones stringunt: ac inprimis Ottkilli frater Hallbernus: quem Gunnerus

comi-

comiter monuit, ut injuriâ abstineret: se ipsi nihil mali cupere testatus: eò quod hic convitiis abstinuisset. Sin minus monenti pareret; eandem cum reliquis sortem necessariò experturum: Halbernus verò, cum fraternam necem quam providebat, ociosum spectare, sibi integrum nô duceret, lanceam utraque manu Gunnerum transfixurus vibrabat: Etenim is, præ reliquis robore pollebat: quo circa ille Gunneri armis primus occubuit. Deinde Ottkillus: Tum Skamkillus (qui in faciem pugnare non ausus, Gunnerum à tergo adortus est: Cum tamen eidem paulo ante absenti lacrimas pueriles exprobrâsset) bipenni Gunneriana transfixi, atq; profectilis alicujus rei instar, in vicinum amnê abjecti sunt. Quartum etiam ante Gunnerus occidit; quàm frater Kolsſeggus interveniret; Occubuerunt deinde reliqui quatuor Gunnero unico vulnere affecto: Atq; hic unus invidiæ fructus uberrimus inimicis: Cum cæde contumelia conjuncta: non potuisse Lectos octo, unum virum superare. De his cædibus cum in foro ageretur; Gunnerus judicio absolutus est, exigua mulcta pecuniariâ irrogata: Adeò enim ipsum inimici atrocibus injuriis lacessiverat; ut à tot cædibus absolveretur.

His autem compositis, en iterum apud alios invidiæ flamma erupit, Thorgerus N. quidam Styrkarif. efferus juvenis, cum fratribus duobus Gunnerum ad certamen equestre provocarent: Ex quo cum victi abirent, in summas effusi sunt inimicitias: atq; eum conjuratis 30. Gunnero à convivio amicorum redeunti, insidias ponunt, In quas cum incidisset, incomparabili virtute restitit: à Germanis tantû adjutus duob9: Kolsſeggo nempe & Hiörtero adolescente: quorû ille vulneratus, hic cæsus est. Ex conjuratis autem 14. cæsi 16. verò in turpem fugam, interim tamen plurimas plagas reportantes, effusi sunt. Gunnerus primum arcu eminus, hinc

hinc bipenni lævâ, dextra acinace cominus pugnabat: ipse certamini superstes & illæsus.

Quin & tertium prædictorum inimicorum asseclæ numero 24. in Gunneri necem conspirant: Sed latenter & in insidiis positi occultis, quà Gunnerus ex agro forte domum iter habebat, solo fratre Kolſkeggo comitatus: qua comitum paucitate, ut aliâs, Gunnerus virtutem imperterritam designare voluit: inimicis contra, multitudine metum prodentibus. Nulla mora; fit cõgressus acerrimus: in quo hostium alii cæsi, alii fugati; Gunnerus Brachium tantum vulneratus. Sed ad coniurationis exitum properamus.

Quartùm namque odium summum implere contigit, Gunneri hostibus, fuerunt in ea conjuratione, ad minimum, 40. viri: qui Gunnerum domi solum, cum matre vetulâ, & Hallgerdâ indignissimâ conjuge, oppressuri veniunt: familiâ & domesticis reliquis in agro occupatis: eam namque occasionem hostes observabant. Summo igitur mane, advenientes, præmittunt, qui exploret; domi nè sit Gunnerus: nec ne. Explorator, domus tecto conscenso foribus adhuc clausis, à Gunnero per fenestram conspectus, bipenni trajicitur, adq; suos qui haud procul aberant vix revertitur: Qui cum de Gunnero interrogaretur, dominè abesset? De Gunnero, inquit, ipsi videritis; Ego verò bipennem Gunnerianì domo non abfuisse contestor: Et simul expirans concidit. Hinc inimici domum ter frustra adorti; ter Gunneri arcu profligati, manum armilla aureâ conspicuam, ex fenestrâ exertam animadvertunt; ad hostium telum sumẽdum; quod ad fenestram jacebat. Inde colligentes Gunnero tela jam deficere, ad quartam impressionem reversi sunt: Cum Gunnerus non telorum inopia id faceret: Sed ut hostibus propriç sagittæ ictus ignominiosior foret. Quæ vincendi cupiditas, optimo viro hîc plurimum nocuit, &c.

Ad

Ad quartam igitur impreſſionem reverſis & extrema tentantibus, hoſtium quidam Gunneriani arcus nervum incîdit: qui idcirco mox Gunnerianâ bipenni transfoditur. Maximum autem homini ſolitario adverſus tot hoſtes in arcu præſidium. Quocirca conjugem rogabat, ut ex capillis, quos prolixiſſimos habuit, nervum arcus reficeret. Illa veró; nunquit ait, iſthoc magnopere indiges? De vitâ, inquit ille, meâ, agitur. Ergo jam, reſpondit conjunx, Colaphi olim abs te inflicti, meminiſſe juvabit; & iſtam petitionem ſurdis auribus excipere: vivasq; an ſecus, juxta æſtimare. Nec veró de nihilo eſt, ait Gunnerus, quod te malam prædicant: deſinâque idem ſæpius abs te petere. Quare jam arreptâ bipenni, arcu deſtitutus, hoſtium impetum bene diu ſuſtinuit, donec tandem viribus exhauſtis, conjuratorum gladiis, ſummâ cû laude ſuccumberet: Gyſſero albo, & GeironeGoda, hoſtium anteſignanis, tantam tamquem heroicam, in unico homine, adverſus tot, virtutem admirâtibus & palam effusè laudantibus: Hoſtium nonnulli cæſi, plurimi graviter vulnerati ſunt. Atq; talis fuit optimi viri tamque miſerandus ac tragicus exitus: quem vivum nulli niſi improbi oderant, defunctum etiam inimici laudabant ac tantúm nô lugebant. Occubuit Haquino Apoſtatâ ſeu Maligno, adhuc Norvegiæ præfecto: Unde colligere licet, Improborum livorem, plusquam dimidium ætatis Gunnero abrupiſſe: ut hic etiam illud Lucani locum habeat;

Invidia fatorum ſeries: ſummisq; negatum
eſt ſtare diu.

IN Gunneri nece ulciſcendâ, filius Hognerus & Scarphedinus Niali f. fortiſſimus vir, occupati fuerunt: Quatuor, is præcipuis, eorum quos inveteratum odium & invidia in Gunneri cædem concitarat, deletis: Atq; ſic turbæ iſtæ ferè

X ſopitæ

ſopitę ſunt. Porrò Gunneri frater Kolskeggus in Daniam ſeſe contulit, Svenone *tiugæſkegg* Rerum potiente: ibidemq; ſacro fonte ablutus eſt. Hinc in Ruſſiam; Deinde Conſtantinopolim commigravit, ſtudio Iſlandiæ nunquam reviſendæ; Conſtantinopoli cum pluribus ſuis popularibus & Norvegianis, more iſtius ſeculi, ſtipendiâ merens, iisdem quoque virtute bellicâ præfici meruit.

NIALVS, SAPIENTIA ET PRVDENTIA valens: tum filiorum ac generi fama clariſſimus.

Genealogia 12.

Thorgerus & Aſgerda Aronis Ducis Norvegici filia conjuges.

|

Nialus.

|

N.	Scarphedinus.	Grimerus.	Helgo.
Filiæ 3. quarum una, Caro Sølmundi filio nupſerat: Reliquæ lectiſſimis Iſlandiæ juvenibus.		Niali filii omnes præcipuas Iſlandiæ affinitates adepti.	

NOlui par illud amicorum chartæ aut relationis intervallo disjungere; quos in vitâ indiſſolubili neceſſitudinis ac amicitiæ nexus copularat. Niali autem ortus talis fuit; talesque poſteri; ut ex tabula conſpicitur.

Filiorum duo Helgo & Grimerus, præterquam quod paternarum virtutum hæredes eſſent, genus ſuum aliquot facinoribus etiam in exteris nobilitarunt, Nam ad Scotiæ littora,

ta,,unicâ nave delati,in potentissimos piratas 12. navibus usos,inciderunt: Mæcolphus & Griortgardus erant, fratres Germani de Dungalsbœ in Scotia oriundi &c. Quorum hostilem impetum tam fortiter sustinuerũt nostrates, ut ea pugna,inter celebriores,una numerata sit: in qua interveniente demum Caro quodam Sølmundi filio, piratæ isti delecti sunt. Grimerus verò & Helgo,ad Norvegiam inde appellentes,in summas iterũ difficultates impegerunt. Nam cum ex Magnatibus Island. quidam Trajanus Sigfusi f.in Norv.præfectum,Haquinum Malignum peccasset, eidemq; è manib. elapsus esset impunitus,Dux ille Haquin⁹ affectu sæpius quá ratione ductus,ultionem in ejusdem Thrajani conterraneos præsentes, Grimerum & Helgonem prædictos, convertit, eosdem ad Insulam quandam littoris Norvegici, unicâ navi commorantes, instructis octo triremibus adortus: ubi is tn. difficilem pugnam prius expertus est, quàm illi caperentur; & signifero & alio quodam nobili viro sibi intimo,Island. armis cadentib. Hìc cum prænominati fratres G. & H. certissimæ neci destinati, in vinclis strictissimis crastinum expectarent, vincula noctu, præsenti forti securi, cujus acies supina fuerat; incumbentes, discindunt(nervo n. non ferro vincula cõstabant)Interim isto conatu non leviter vulnerati. Noctu igitur,non adhibitis custodib. abeunt&amici sui,Cari Solm. f.navim non procul obviam habentes,cũ eodem consilia,de Duce Haq. per quietem opprimenda,animis,tam atroci injuriâ accensis,versant:quod propositũ ille prudenter avertit. Interim tn prædictos viros navi & cõmeatu,ac tantum non vita exutos & spoliatos ad se recepit:acHaquinum ad satisfactionem humaniter offerendam instigavit:quam tn.læsi,nisi à Svenone Haq. Ducis filio, à quo humani⁹ semper tractati fuerant, accipere recusabant: Sicq; in patriam reversi sunt, magnam eo itinere famam adepti. Quibus tamen frater

Scarphedinus, domi reſes, omni fortitudinis laude præjbat: de quo reperitur, quod flumen rapidiſſimum, cujus utraque ripa, glacie rubricâ, obducta fuerat, XII. ulnas latû, tranſilierit: ac ex inimicis octo armatis, ibidemq; ad ipſius necem coactis, Principem confecerit, illæſusq; evaſerit: Quod facinus, fratres & Carus Solmundi filius eorundem Sororius factus, Scarphedinum in hoſtium occurſum comitati (quibus ille hac celeritate præiverat) ut inimitabile mirati ſunt. Securi is tantùm pugnare ſolitus eſt: lacertorum robore & agilitate fretus: eâq; unicâ, cui nomen fecit Remmegya: nihil metuens eam hoſtium armis, ſibi è manibus excuſſum iri, cum aliud genus armorum ſecum nunquã aſportaret. Huic verò corporis robur animi vitium non leve conciliabat: prudentia enim minus valuit, animo ferox & ad fraudulentos ſuſurrones audiendos, nimium facilis. Vnde cædes quædam optimi & innocentiſſimi viri, Hauſcolldi Hwiſtarnes goda ab ipſo commiſſa, non ſolum ejusdem, ſed parentum & fratrum neci, occaſionem præbuit; Anno 1010. Cum centum conjurati, Niali domum cingerent & facto incendio eundẽ cum familia aliquot capitum, in quibus filii tres, incendio delerent: Quod tamen incendium conjuratis ſatis magni conſtitit. Generos enim Nialus ſuperſtites habuit (& in his carum Solmundi filium, qui ex incendio vivus evaſerat, invitis & inſciis hoſtibus) qui conjuratos partim magna pecuniæ ſummâ mulctarunt, partim vitâ ſpoliarunt: usque dum injuriam & maleficium, vindictâ æquare viſum eſt: ibi namque in gratiam redierunt invicem, ſolo excepto Caro Solmundio: cujus filius Adoleſcens, inimicorum illo incendio perierat: cujus etiam necem conjuratorum aliquot cædibus, ſolum ulciſci velle teſtatus eſt: id quod etiam ſucceſſit: Erat enim vir, ſi quis alius, manu promptiſſimus & animo infracto & ad Gunneri de Lydarenda paulò ante commemorati,

heroi-

heroicas virtutes,proximè accedens; etiam inimicorum testimonio id quod quidam magno suo malo experti sunt. Sed & magnæ integritatis, magnanimitatis & constantiæ argumenta sæpius dabat. Nam ex conjuratis, sedecim, sub dio somno profundo stratos, in itinere offendens,unico tantùm viro strenuo adjutus, noluit prius invadere, quam illos clamore suo expergefactos,arma induere permisisset: ex quibus tum demum quinq; occidit,reliquis turpiter fugatis. Aliâs etiam vix semiviro adjutus, ex octo confligentibus inimicis, alios fugavit,alios interemit; Sed loci oportunitate nonnihil fretus.

Tertiùm etiam senas unâ hostium manus sustinens, parem superioribus victoriam obtinuit: Cujus præterea laudes adhuc locupletiores apud nostrates extant. Carus hic ex Hebridibus oriundus,insignia gentilitia habuit, leonem in clypeo de aurato signatum: ut Helgo Niali filius cervum,in scuto purpureo colore obducto: & sic Scarphedinus: atq; alii alia nobilitatis majorum insignia gerebant. Et hæc de Nialo (& ipsius posteris) commemorare volui: Atque illud Ovidii.

Non illo melior quisquam nec amantior
vir fuit —— epitaphii loco ponere.

Ormerus Storophi f.

HIC quamvis in genealogia Gunneriana superius fuit; in hunc tamē locum reservatus est: Apparet autem patrem Storolphum, filiam Rafnhilldam, virentibus adhuc annis suscepisse: eandemq; pari ætatis Curriculo Hamundum filium: fuisseque Hamundi Gunnerum nostrum primogenitum: eidem verò Storolpho in provecta ætate filium Ormerum natum: Eò quòd hic,Gunnero Avunculus Magnus eodem tamen supervixerit. Natus itaque est hic Ormerus,

X 3 Thor-

Thorcilli Naumadalensis Ducis pronepos, in Islandia Meridionali; omnium Islandorum

—— quot sunt quotq; fuêre:

Quotq; post reliquis erunt in annis,

robustissimus; quod ex sequentibus experimentis planum evadit.

Anno ætatis vicesimo, post aliquot antea fortitudinis edita documenta, in generali omnium incolarum conventu, cum eodem duo alii; qui Islandorum fortissimi visi advenissent, Ormerus palmam tulit. Nomen uni Thorolfus: Alteri Męcolfus; qui posterior ut putabatur, sex benè robustis viris, viribus æque pollebat. His unà forte exspaciantibus, oblatus est lebes æneus, duarum ut vocant tunnarum capax: Cum subhumidâ arenâ repletum. Mæcolfus dextrâ manu levat. Thorolfus verò idem duobus dextræ digitis præstitit: Ast Ormerus, minimo seu auriculari digito idem: summo dente, vi ponderis abrasâ: id quod Thoralfus quodammodo ei exprobravit; dicens etiam sibi licuisse, si voluisset, digitum unum lædere. Ea verò res multos in admirationem rapuit.

Post plurima autem admirandæ virtutis & roboris documéta in patria edita; Ormerus in exteras navigans regiones, Anno ætatis 30. factus est Asberno cuidam Dano celebri athletæ, peregrinationum socius: Qui cum etiam Herraudum quendam Gottlandię Ducem debellabat. Inde Ormerus patriam repetivit: Asbernus verò à Gigante pessime in insula quodam Norvegiæ Saudey/ quem contra fatidicæ cujusdam fœminæ monitum aggredi ausus fuerat, miserandis cruciatibus trucidatus est. Quod ubi Ormero innotuit, non se continebat in patria, intimo & confæderato sibi, interfectó socio. Anno igitur 998. Norvegiam revisens confecto immanissimo gigante, socii necem ultus est.

Anno 999. in Italiam profectus, Româq; & aliis Italiæ ur-

urbibus perlustratis, Anno 1000. peracta scilicet pugna Griphisvoldensi, quâ Olaus Tryggonis, Norvegiæ Rex expugnatus est; in Norvegiam rediit. Præfuit Norvegiæ regno Dux Ericus, aquini Hapotatæ filius; qui Olaum Tryggonem à se potissimum victũ gloriari solebat. Ericiani quoq; de sua virtute multa jactitabant; à quibus Regia Norvegi navis (serpentis Longi nomen gessit) alioqui invicta, fuisset, nihilominus devicta. Ad quæ hic Ormerus, respondere interdum solebat: Se in Regia navi pugnante, Ericianos tanto ægrius, vel minus citò, victuros fuisse. Hinc Ormerus apud Ducem Ericum mox delatus est; ut qui dixisset: Ego si in Regia navi pugnassem, non vicisset Ericus. Ormerus igitur huius temerarii dicti à Duce postulatus; negat sic locutum: Sed tantò ægrius victurum fuisse Ericum dicebam; inquit; Si mihi in regia Olaviana navi pugnare contigisset. Quid vero te operæ, ait Ericus, hominem unum allaturum fuisse credis, contra nos; quibus tot tantique viri resistere nequibant; quales sc. in ea pugna Rex Olaus secum adduxerat. Cæterum age quid possis, experiamur; solus tu, solitaria navi usus, contra quindecim alias, justo remigum numero instructas, depugnabis. Id verò penes te est, ut periclitere, inquit Ormerus; ego certè nõ nisi victus, palmas porrigam. Naves accinguntur, armantur: Ormerus palũ seu clavam ligneam, bene crassam, sibi armorum loco deligit; longam ulnas 13. Cum igitur jam à 15. instructissimis navib. acerrimè peteretur, is tanto animi fervore, tam incomparabili corporis robore & agilitate, restitit & clavã torsit, ut per brevi tẽporis spacio, 7. collusorum naves, comminutas submergeret. Ibi tum Ormerum, Ericus inclamans, per omnia sacra obtestatur & rogat, ut pugna desistat: Quo facto, iis qui ob 7. naufragia inter navium tabulas periclitabãtur, subventũ est. Posteà virò mãdat Er. ut cũ 60. armatis viris, Ormer. in lata campi planicie cõgrediatur.

Quæ

Quæ res similem habuit exitum: Cunctos namq; Ormeri clava adeò perterrefecit; ut is nec unico vulnere accepto, ipso Erico judice, victor abiret, ubi demum agnovit & fassus est Dux E. si in Olavianâ navi Ormerus pugnasset, invictam futuram fuisse. Nec dum horum experimentorum, finis. Quin & Olavianæ navis, jam laceræ, expeditam Carinam jubet suorum quàm possent paucissimi humeris attollant: Non poterant pauciores 60. Fuerat enim isto seculo peculiaris navis istius magnitudo: tradunrq; in singulis lateribus scalmos ac columbaria 52, habuisse: Carinam verò ipsam 72. ulnarum longam. Quam ubi jam 60. viri humeris vix sustinebant; jubet Ericus horum medium Ormerum sisti: Deinde ut scalii subducant, mandat. Solus igitur relictus Ormerus Carinam humero sustinuit; & ter promoto pede seu tria vestigia progressus, humi lentè deposuit. Reliqua omitto quæ idem Ormerus patrasse fertur, cumque his commemoratis contentum esse jubeo.

Genealogia 13.

Heliodorus Snorronis.

Nobilis quidam Norvegiæ Thorolfus Moſtrarſchegg/ Islandiæ occidentalis incola factus est de quo supra: hujus filius.

Thorsteinus Thorſcabyt/ quasi ἰχθυόφαγον dicas.

|

Thorgrimus

|

Snorro, Cogu. Gode.

|

Heliodorus.

Ha-

HAraldus Sigvardi f. nomen habuit quidam Regum Norveg. circa annum 1047. Qui ob bella in exteris gesta, fulmen septemtrionis solet à quibusdam appellari. Is in exteris duos habuit islandos fidissimos Achates, omniumque laborum ac periculorum; etiam carceris Constantinopolitani, socios: ubi Draconi immanissimo objecti, qui ex morticiniis uberrimis vivebat; eundem animo & robore freti, jugulo, exiguo cultello quem in veste latentem Haraldus gerebat, aperto, superabant. Nomen unisociorum Vlfo: qui Haraldi Aulæmagister fuit. Stallare: cujus mentio fuit supra, Genealogiæ 5. Heliodorus ejusdem Regis signifer: de quo hic pauca. Nam postquam is integros annos 17. fidelissimè Haraldo militasset, visus sibi est Regiam in se benevolentiam minorē quam sperabat, experiri, jamque patriam invisendi veniam rogabat: cumq; abiturientem Haraldus rogaret, numquid mercimoniorum secum asportaret? Omnia, inquit Heliodorus, mea mecum, quæ vides, porto. Significans se ex tot annorum militiâ nihil nisi indumentum retulisse.

Rex igitur naviculam vulgaribus mercibus onustam, Heliodoro impertivit quod vilesatis visum est, ejus seculi respectu, tam diuturnæ militiæ præmium; & Heliodorus patriam invisit: qui quomodo postea in Norvegiam reversus Regio favore prope exciderit, dicendum. Mutarat fortè uterque animum: Sed Rex simultatem levibus indiciis designavit: Nam & Heliodorum sæpius vili de causa objurgavit: & stipendia distribuens, nihilo pluris Heliodorum fecit, quàm tyrones argentum erat adulterinum; id quod tamen metu Regis aulici mussitabant. Ast Heliodorus oblatos nummos humi projecit: irati. Domini, adulterinum argentum aspernatus. Accidit autem paulo post, ut Regi iter aliquod lōgiusculum mari conficiendum esset; Ad quod Heliodorum postulabat, ut de more, Regiæ, navis, Navarchum ageret. Is

quamvis primum recusaret; tamen cum negaret Rex quicquam serii habere, quæ inter illos intercesserant, simultates, Heliodorus Navigium ingressus est. Cum verò inter navigãdum scopulos vadosas obvias haberent. Imperat clavum tenenti Navarchus, ut scopulos declinet. Ast Rex: rectâ pergere mandat. Heliodorus verò, ad latus cursum flectere. Rectâ, inquit, iterum Rex, pergito. Istaque contraria mandata ter aut sæpius iterant. Regis mandatum prævaluit; & carina scopulo illisa pessundata est: Nautæ autem à sociis navibus instanti periculo erepti: Nandi siquidem arte omnes aut pleriq; Norvegi, id temporis pollebant: Ii inquam, quos Rex aulâ dignabatur: quâ confidentia, etiam Rex præsens periculum contempsit. Id verò Haraldus Rex, in Heliodori contumeliam fecerat; ut existimarent alii Navarchi ignaviâ, scopulo navim fuisse illisam. In littus vicinum descendunt; Navim Regiam non exiguâ operâ reparant. Ibi tum Heliodorus Navarchiam seriò resignat; cum & stipendiis fraudatus esset; & hac studiosa Regis contentione, aliorum opprobriis fuisset expositus. Rex, ne Heliodorum amitteret, 12. Marcas, argenti defæcati, mox promit. Denegat nihilominus in posterum Regi operam suam Heliodorus, nisi mox peculiari navigio ipsum ornaret. Obsequitur Rex, sed invitus: Nobiles enim tantum propriis navigiis usi, Regem secuti sunt in hoc itinere. Rex tamen nobilium unum sibi deposcit: Svenonem de Lyrgio: ut relictâ suâ navi, Regiam conscendant; Regiq; à consiliis esset. Novus hic, Sveno inquit, delatus honos: sed navi meâ quidnam fiet? Heliodoro Snorronis ea cedet; ait Rex: Non putaram inquit Sveno, Islandos nobilibus Norvegiæ naves prærepturos, & quidem proprias. At tu jam mi Sveno mihi morem gere, inquit Haraldus. Nam & Heliodorus suæ nobilitatis argumenta proferre potest.

Islandorum nobilitas, Norvegorũ proposita.

Per

Pergunt igitur in cæpto itinere; & paulo poſt apud VVichenſes læta convivia agitant. Ibi Sveno navem ſuam clam repetit: Nautis in fluctus projectis. Qui enatantes, cōvivium mox ingreſſi, de injuriâ Narvarcho ſuo Heliodoro conqueruntur: Heliodorus Regi. Rex per nuncios navim repeti curat. Aſt tandem Svenonis præcibus motus, navem ab Helidoro; certo avro redemit: Solvitque precium: præter auri lib. 4. quæ reſtabant. Sequentem hyemem Nidroſiæ peragunt: & Heliodorus ſolutionis moram fert tacitus, ſed & Rex ægrè ſoluturus fuit. Porrò Heliodorus inſtante jam æſtate, Iter in Iſlandiam adornat; ubi demum tempus poſtulare ait; ut Rex Haraldus reliquum aurum ſolveret: Haraldus de die in diem procraſtinando, nihil ſolvit. Venti ſecundi ſpirant: & Heliodorus Navigium ſummo portu ſubducit: Indeque acatio terram noctu repetit; quæ eo anni tempore minimè opaca fuit. Vrbem armatus ingreditur: Cumque domus & antea probe cognita haberet, Regium cubile intrat; & diſtricto gladio, debitum reliquum poſcit. Rex autem, quod aurum in lecto non haberet, rogat matutinum tempus expectet. Omnem ille moram recuſans; armillam auream in reginæ dextra cōſpectam, tradi ſibi poſtulat. Rex, quia armilla debitum ſuperare viſa, dare tardat; Nullo, inquit exactor, ſubterſugio locus: Qui ſis Haralde, novi: & pro eo, nunc tecum agam, niſi continuò armillam dederis. Regina minacem formidans gladium, armillam exponi ſuadet: & Heliodorus in hunc modum voti compos factus, vale leviter dicto, navim ſuam feſtinus repetit. Quo jam abeunte, Rex emiſſarios in Heliodori necem claſſico convocat: Nec enim id prius auſus eſt: Si quis n. in præſenti Heliodoro vim paraſſet, ipſivis primum Regi metuenda fuiſſet. Tres itaque naves longas expediunt & Heliodorum remis & velis nixi, inſequuntur. Quem jam citius

 eorum

eorum conſpectui, vela & venti ſubduxerunt: Patriæque reſtituerunt. Vixit occidentalis Islandiæ laudabilis civis, in prædio Hiardarholtt: ad mulctam ſenectutem, usq; ad annum 1163. Si in annalibus menda non eſt: Anno 1047. Quo Haraldus Sigvardus Regnum Norveg. adiit, traditur Heliodorus 17. an. in exteris eidem Haraldo militaſſe. Anno igitur 1030. militiam illam ingreſſus fuerat. A quo ad 1163. ſunt 133. anni: quibus adde Heliod. adoleſcentiam, & videbis plusquam 140. an. compleviſſe. Ad quam ætatẽ contuliſſe primũ videtur corporis optima conſtitutio, ſanitas & valetudo firmiſſima: Deinde nihilominus, animi conſtantia & affectum fræni, nulla ratione laxati unquam: lætis enim non gaudebat: nec ringebatur adverſis: nulla res, nullum periculum, frontem, cibi ſomnivè modum Heliodoro mutavit; adeò, ut quod de ſuo Catone Lucanus, idem noſtri de ſuo Heliodoro canere voluerint.

—— Hæc duri immota Catonis
Secta fuit; ſervare modum, finemq; tenere,
Naturamq; ſequi: ——
Iuſtitiæ cultor: rigidi ſervator honeſti:
In commune bonus: Nullosq; Catonis in actus
Surrepſit, partemvè tulit, ſibi nata voluptas.

In primis autem fuit vir ſtrenuus (ſi quis alius) etiam ipſius Haraldi Regis teſtimonio; & ad res gerendas maximè idoneus.

Is per nuncios ab Haraldo R. ſæpius rogatus eſt, ut neglectis utrinq; injuriis, in Norvegiam, ad priſtinam dignitatem reverteretur; pollicitatione additâ, cum ſuperiorem reliquis omnibus in aulâ ſervientibus conſpiciendum fore: Cui nuncio ille ſic reſpondit, nihil ſibi eſſe cum vulpe illâ, quam ſemel effugiſſet: Nec cupere ſe, ut ſuperior aliis, in excelſiſſimo nempe Norvegiæ patibulo (id enim Regem ſentire di-

cebat

cebat) conſpiciendus foret. Aliâs etiam pelles aliquot vulpinas à Rege rogatus (voluit enim etiam hac ratione perſuadere Haraldus, ſe injuriarum oblitum eſſe) reſpondit. Næ ille jam ſeneſcit, Antelucanus. Sic enim appellabat: quòd olim ſat matutinus fuiſſet, & Antelucano tempore, rebus gerendis, advigilans. Seneſcere, dixit: cui jam à ferinis exuviis, calor mutuandus eſſet.

Quanti verò Heliodorum, aliâs fecerit Haraldus, cum ex ſupra dictis intelligitur; tum inde, quod Islandum quendam, Ottonem Ofeigi f. Regis crudelitatem apertius perſtringentem (quam tam in plurimos exercuit) occidi ab aulicis jubens, neganti Heliodoro & ſe palam Regi opponenti acquieverit. Nec de Heliodoro plura: cui tamen quia Haraldi Regis mentio facta, paucos alios, quibus nonnihil cum eodem Rege interceſſit, annectemus.

Audunus quidam Islandus fuit, qui ſecum adductum quem in Grønlandia nactus fuerat urſum, nolebat Haraldo R. petenti, vel prece vel precio concedere. Eum nihilominus, Haraldus, tempore belli & inimicitiarum cum Dano, in Daniam, cum munere, quod ſciebat Svenoni Vlfonis f. Regi Daniæ deſtinatum, incolumem abire ſivit. Qui deinde à Dano inmenſis beneficiis auctus eſt: primùm videlicet ad iter Romanum quod inſtituerat, idoneis ſubſidiis; tum rediens navi onerariâ mercibus optimis refertâ; ad hæc argenti tantâ ſummâ quę navis & mercium eâ contentarũ, præcium æquabat; Poſtremò æqualis præcii armillâ aureâ (tanta fuit Dani liberalitas) Reverſus autem Audunus ad Harald. Dani beneficientiam ſummè extollit; quam viciſſim Norvegus laudando agnoſcebat, illaq; ſe à Dano vinci, ingenue eſt cõfeſſus. Interim Islandus ille Norvegi clementiam non diſſimulans, qui cùm & ſui & urſi poteſtatẽ habuiſſet: utriq; peperciſſet benigne, armillam auream à Dano acceptam nu-

meris loco offert: Quam utique non reſpuit Haraldus; ſed datorem majoribus viciſſim affectum beneficiis, dimittit. Ejusmodi clementiæ & lenitatis exemplis aliquot Rex ille Haraldus, crudelis titulum declinare interdum volebat; Quo etiam ſequentia duo referenda ſunt.

Prius quidem; Quod cum Haraldus de Iſlandi cujusdam liberalitate (Bardero nomen fuit) multa audiſſet (Qui ex honeſtâ mercaturâ rem faciens, id temporis fortè in Norvegia ſubſtiterat) eundem adit; ac primùm quidem pallium optimi generis ſibi donari petit; id quod facilê obtinuit.

Deinde ſecurim deauratam nihilo difficilius impetrabat.

Tertiò etiam tunicam prætioſiſſimam petenti Regi Barderus conceſſit: Sed manicarum altera abſciſsâ. Rex nihil iratus; donantis animus rectè interpretatus eſt: Quòd nempe eo facto innueret Barderus, eſſe Regem, quaſi unimanum: Unam ſcilicet habere manum, quæ ad accipiendum parata eſſet: non item alteram; quæ ad dandum, vel renumerandum. Poſterius Exemplum ad Haraldi lenitatem referendum: de Iſlando etiam quodam, eximio Rythmiſtâ; qui oculis captus; at ingenio minimè obtuſus tamen. Eum Rex in Oplandiis hybernans, cum offendiſſet; de nomine rogat. Stuffur inquit (id eſt truncus) mihi nomen eſt. Ridiculum nomen, Rex ait: ad paternum quod: Kauttur / reſpondit ille, id eſt felis. Patellæ inquit Rex, operculum conveniens: Cæterum, ubi nam iſte felis vixerat ſodes? Cæcus iſte, ſubridens, obticuit. Tum Rex, quid riſiſſet, rogat. Tu, inquit, divina. Rex verò: Tu fortè quæſiturus viciſſim fueras, ubinam Scropha, parens ille meus, Sigvardus Syr / (id eſt, ſus vel ſcropha) vixerit? Riſiſti autem

Stufferi jocus.

tem idcirco, quia id verbis exprimere veritus es. Rem acu, ait Islandus. Hinc post longum colloquium, Rex hominem oculis (at non mente, ut monuimus) captum, in aulam ascivit. Qui & in Angliam usque ubi Haraldus cæsus est, Anno Christi 1065. Haraldi aulam secutus est: Mulctaque ex Haraldi gestis, Rythmis complexus memoriæ mandavit.

GISLAVS QVIDAM
Islandus.

DE hujus generis ortu, quamvis nihil repperi, eum tamen ob singulare animi corporisque robur non censui prætereundum. Viderat hic puer sexennis parentem unicè dilectum, innocentem in patriâ olim occidi à Giafhaldo quodam, Magni Nudipedis Regis Norvegiæ, aulico. Quam injuriam imbellis puer etiam usq; ad annum ætatis 17. devorare coactus est. Vixit adhuc in eiusdem Regis aulâ & favore & æstimatione magnâ Giafhaldus; id quod Gislao jam septemdecenni, parricidam ultum in Norvegiam venienti, plurimum obstitit. Nidrosiæ in aula versabatur & Gislaus in omnes occasiones Giafhaldi ulciscendi intentus (vi scilicet & ferro: quia de judicio adversus regios desperabat, præsertim post tantum temporis à cæde patris elapsum) Regi per plateam quandam ingredienti fit obvius: ubi ex Regio comitatu, Giafhaldum, ab uxore fortè revocari animadvertit. Hic Gislaus nihil cunctatus, hominem stricto gladio in faciem invadit; & humerum utrumque gemino ictu, diffecuit.

Inde ripam festinus petens; acatium conscendit; ex quo astantibus acclamavit: Giafhaldus si vulneratus est, ego vulneravi: Si occisus, occidi. Id enim lex Nnrvegica postulabat, ut homicida crimen coram testibus confiteretur intra

tra spatium horarum 12. sub confiscatione omnium bonorum. Et Gislaus trans amnem Nid acatio vectus, fuga sibi cōsulere volebat. Cæterum ab emissariis Regiis pauló post deprehensus, in urbem captivus ducitur; cumq; eo Thorsteinus quidam homuncio, acatii, quo vectus est, Dominus, ejusdem criminis quo homicida, quem transvixisset, damnandus. Quæ res Gislaum impulit, ut Thorsteinum illum dextra correptum, per aëra projectilis alicuius instar volutaret: & quid, inquit, ille homunculus, acatio mihi interdiceret, si maxime voluisset? In eo igitur culpa nulla: Sed mecum vestro jure agatis. Ita Thorsteinus dimissus; Gislaus in vincula conjectus est.

Aderant Nidrosiæ 300. Islandi quibus Titus Gysurius, Episcopi Scalholtensis filius, & Ionas Ogmundus initiatus sacerdos præfuerunt. Hi trecenti fortiter animum obfirmant; & Tito Duce creato, sacramentum præstant, se & vitam & fortunas in Gislai salutem expensuros. Sequenti die Senatus habetur: & Islandi facto agmine ad carcerem proruunt: fores effringunt, compedes diminuunt: Gislaum libere educunt: ultro in senatum veniunt.

Horum veró impetum, ad carceris fores exaudiens Gislaus, ratus urbis apparitores sese in carnificis potestatem eductores sibi imminere; fertur rhytmo extemporaneo animi constantiam & robur excitasse.

> Jarn tekni os ad Orna /
> Vndateins ad beinum:
>
> ---
>
> Snart er dereingskapad Hiartta 2c.

Porro ubi in senatum ventum est; Surrexit Regius orator, seu consiliarius Sigvardus Ullstreing in hæc verba erumpens.

Non

Non dubito, quin omnibus conſtet, inquit, occiſum verè hominem Norvegum, Aulicum Regium, loco nobili natum, Regis & noſtrum amicum ſummum: idq; ab homine Iſlando. Qui cum ſibi videretur habere cujus Gialfhaldum accuſaret, hunc putabat eſſe legitimum agendi proceſſum; ut virum tantum indemnatum occideret. Quod ſi hac audacia impunita dimittatur, nobis Regiis omninò timendum eſt; non modò nobis, ne unum & alterum ſecurè trucident & pro lubito, mactent; ſed etiam ipſi Regi noſtro; ne quid in illum gravius præſumant. Eſt verò ſcelerata hæc audacia & ſe verè punienda: Nec quicquam juſtius, quàm ut decem Iſlandorum nece, unius Norvegi cædes expietur, ut ſe tandé Regi Norvegiæ, vi opponere deſinant; &, quid inter Regem & Plebejum interſit, ſcire diſcant.

Dixerat Ulltreingus: & Jonas Augmundus pro Iſlandis, ſic reſpondit. Dei opt. Max. beneficio factum agnoſcimus; ut cum reliquis, etiam hæ duæ terræ, Norvegia & Iſlandia, Ethnicæ Barbarici tenebris eductæ, Divinæ veritatis lucem agnoſcere. Deum à diabolo, bonum à malo diſcernere, nôrint. Antea enim homines hominibus non magis familiares, quàm ipſis diabolis, vixiſſe, verè dixerim, in perpetuo videlicet idolomaniæ & Magicarum artium ſtudio & exercitio. Nunc verò Sathanas non æque familiariter cum hominibus commercium habet: At ſeducit tamen multos, ut ſuas partes agant; & ea quæ ipſi placeant, aut ipſi dicant & faciunt, aut alios ad eadem dicenda & facienda impellant. Cuiusmodi fuit modò, non Regius ut mihi videtur, ſed diabolicus orator; perſuadere conatus; ut cum primùm homo Iſlandus innocens occiſus ſit, liber & familia, honeſtâ natus; Nunc inſuper decem, regia autoritate lanientur. Cæterum dubio procul, eiusmodi conſultores, nihil aliud intendunt, quàm ut his ſermonibus Regiam clementiam, juſticiam ac reliquas

" virtutes, labefactent ; Principem verò ad crudelem injustitiam, tyranno, nedum Regibus, indignam, modis omnibus arment & instigent ; quo Sathanæ, sanguine innoxio, tantò magnificentius litetur. Tu autem ô Rex, & qui eodem loco tecum ad rerumpub. gubernacula sedetis, typum omninò & vicē geritis, magni illius & justi judicis olim super venturi, ut totum hunc terrarū orbem, quantusquantus est, æquâ censurâ judicet. Quo circa quanti intersit, facilè intelligis, ne quid temerè, contra quàm jus fasq; sinunt, pronuncies, cujus te olim, supremo isti judici rationē redditurum pæniteat. Hac vel simili ferè oratione Regius animus plurimùm sedatus est ; ita ut reus judicio absolveretur ; 188. unciarum argēti mulcta irrogata : inque cæsi Giafhaldi locum (quod virtus & fortitudo ipsi meruit) in regiâ aulâ substitueretur.

Argento, tot thaleros valēte vel appendente.

Genealogia 14.

Hiørleifus Haurdakūgr

Alfur: Rex piraticā exercuit: viris numquā nisi 60. pugnans: hi Alfsrekkar dicti: multis victoriis celebris.

Otryggus.

Oblaudus.

Høgno : cog. Albus.

Vlfo cogn. Skialge.

Hiør: Rex vicit Biarmelandiam

Geirmundus Heliarskiñ : à furvo calore faciei sic dictus.

GEirmundum hunc etiam Haraldiana vis & grassatio extorrem egit : Cum antea Princeps Rogelandiæ fuisset in Norvegia. Piraticâ in occidente exercitâ majorem in modum crevit : & cum sedibus non licuisset uti avitis ; in Islandiam navigans, habitavit Geirmundarstad prædium occidentalis Islandiæ situm Ad Breidefiord sinum : inter clarissimos, Islandiæ cives hic recensētur, octoginta libertis domi & foris perpetuò stipatus. Uixit in Islandia satis humanus: & libe-

liberis tribus relictis; in dicto prædio moriens sepultus more veteri; in naviculâ contumulatus: Cum prius ingentem Thesaurum puteo profundissimo Andarkelldu demersisset.

Genealogia 15.

QUÆ ISLANDORUM CUM ALIQUOT Regibus Angliæ & aliis Principibus viris exteris consanguinitatem exhibet.

Raugnvaldus:

Dux de Mare in Norvegia summus Pulcricomi familiaris: cognom. Prudens & Opulentus. Norum primum Norvegiæ Monarcham septimo Gradu descendentium à latere attingebat inter filios multos, etiam hos habuit.

Rollaugus

Pulcricomi aulicus fuit, cujus etiam auspiciis solum vertit, Islandiæ orientalis incola factus. Quem deinceps Rex Haraldus officiose colebat: missis sæpiuscule mnemosynis; utpote gladio, cratere, armilla aureâ. Quæ omnia à nepotibus visa & laudata. Tribus relictis filiis & horum locuplete prosapiâ, cujus tabula capax non est, Islandiam ditavit.

a


Rolfo

Dux & victor Normandię: Normanorum gloriâ dictus: Ducibus & Regibus Angliæ generis originem præbens.

b

Einarus. Dux Orca-

N, Auffe-



Genealogia 16.

Haraldus

Cogn. Gulldſkegg; *Aurea barba: Rex in Sochne in Norvegia.*

Thorrida.

Ævarus

Theor. Avar. Carot. Thorbernus


Occupavit Langadall Islandiæ bonalis provinciam.

Striugerus. Prædii ejusdem nominis Eponymus.



Genea-

Genealogia 17.



Robusti cogn. adeptus; cuius labores, veluti Olaus Crassus Rex Norv. Haraldus crudelis Rex Norveg.

Herculis alterius adhuc visuntur: Saxa nempe immania, loco motu, minoribus saxis undique suppositis; quod mihi tamen versimile fit, cum machinis quibusdam, non solo corporis robore præstitisse. Vixit is Olao Crasso Norvegiæ Regi consanguineo suo Synchronos.

Genealogia 18.

Carus : à devictis piratis Wykingiakare dictus.

Ericus	Budevarus
Astrida	Olava
Olaus Triggonis, celebris ille Norvegiæ Rex.	Gysserus cog. Albus. Islandiæ meridionalis laudatissimus civis; de quo lib.1.cap ult.

Genealogia ultima 19.

Biorno Ragnari Lodbrochi Rex Dan. filius Jarnfyda appellatus; à laterum firmitudine ; quasi ferreo latere.
Roaldus
Biorno
Theodorus

AB hoc Theodoro, promontorium borealis Islandiæ Þordarhofde, nomen accepit, ubi etiam habitationē eximiam locavit. Vxorem is duxerat Thorgerdam Regis Islandiæ neptim: Qui conjuges, 19. liberorum fæcundissimâ prosapiâ familiarum Nobilium numerum apud Islan. auxerunt. Et jam in Island. nobilitate generis demonstrâda, quis cupiat ulteriꝰ progredi? Ad quam ét quas & quantas virtutes plurimi cōjunxerint puto hactenus, Lectori candido & moderato utcumque satisfactum: Nec enim hanc telam (generis & rerum non male gestarum narrationem inquam) ulterius pertexere decrevimꝰ, ne videar ista ad satietatē vel nauseam, nō ad gustum, cuiquam porrigere; vel in his recensendis, majorē opusculi partem consumere velle. Eadem contrà, perpetuo silentio sepilivi, ab eo qui de nostris rebus aliquid scribēdum suscepisset, sine maximâ gentis nostræ injuriâ, non posse videbantur: Hinc n. etiam summos viros famæ suæ ac nomini splendorē & laudem ingenuam conciliare vidimus; ut magnꝰ ille Scaliger, à Paschalio ad locupletandam, Regiam historiam, rogatus fecit: Cujus vel unius judicium pro multis allatum, sufficiat. Familiam, inquit, meam, quotusquisq; do-

ctio

ctiorum neget, si nobilitas in vetustate sita est, esse omnium ,,
nobilissimã? Si ad capita Principum spectet, liberalium, for- ,,
tissimorum, magnanimorum, perpaucæ gentes sint cum eâ, ,,
conferendæ. Si quis malit intueri cõsanguinitates, deductos ,,
nos sciat, multis ex Imperatoribus: Quint9 n. ego sum ab Im- ,,
perat. Ludovici Bavari filiâ. Si quid verò cõferunt ét. adfini- ,,
tates; quis ignorat Mastini Scaligeri filiam Beatricem, Bar- ,,
nabæ Ducis Mediolanensis uxorem, decem filias peperisse, ,,
quæ omnes maximis Europę principibus nupserunt &c. Sed ,,
ut historiæ parcã; hic est ille Barnabas cujus fratri nupsit Va- ,,
lentina: & quã honoris causa nomino & quâ nominatâ finem ,,
statuo gloriæ nostræ. Nihil n. mihi honorificentius cõtingerę ,,
potuit, quàm ut essem sub luce Regũ Franciæ &c. Hæc Sca- ,,
liger, in Epistolâ ad Ferrerium. Sic aũt sensisse, sic fecisse pluri ,,
mos alios, satis constat, & facere ét hodie, præcipuè in exe- ,,
quiis aut concionib9 funebrib9: quos hic adducere nõ vacat. ,,

CONCLVSIO LIBRI SECVNDI.

PRo Colophone secundi libri, tribus potissimũm occurrendum videtur. I. Quòd tam tenui & jejunâ narratione singulorũ nempe virorum vitâ, hæc libri pars cõstet. II. Quòd quidam minus credibile afferantur. III. Quòd piratica interdũ min9 malè audiat. Ac ad primum quidem respondeo: Cũm nõ sit ulla generalis rerũ â nostratib9 gestarũ historia, has singulares tradẽdas fuisse: cum nullis n. populis genti nostræ magnũ negotium belli aut inimicitiarũ intercessit. Neq; n. ab Arturo Anglię Rege, neq; â Zichino Frislandię R. bello nunquã petita est Islandia, ut quidã opinantur. Sed de Haraldo tn. Gormonis Daniæ R. refertur, quòd in Islandos classẽ ingentẽ apparaverit circa ann. 988. Sitq; in Norvegia â proposito retractus. Haquinus vero cogn. malus Norveg. prefectus, Islandum unũ ulcisci cupiens, non ad arma, sed artes illicitas cõfugit, ac truncũ ligneum in hominis formã effugiatum 1.

tum animavit, inq; Islandiam ad cædem perpetrandam delegavit. Quidam etiam Sculerus Dux Norveg. circa annum Christi 1219. bellum Islandiæ minitabatur, sed proprio consilio impeditus; tum ob Oceani vastitatem & difficultatem portuum; tum etiam ob incolarum vires non prorsus contemnendas: illo quidem tempore, quo virtus & robur inter homines pervalebant (quo non minus Islandi pollebant: quam nationes reliquæ) non dum invento humani generis barathro, Bombardarum officinâ & pyrii pulveris ac Sclopetorum usu. Quod naturæ incantamentum maledictum, Si veteres illi, fortitudine lacertorum plerumq; freti, redivivi hodie cernerent.

Omnes profecto cum Archidamo, tormentum Catapultæ ex Siciliâ primû allatum stupente, exclamarent: *Periit Hercules viri virtus.* Itaq; ut dixi, non extante universali historiâ, singulares in hunc modum & hoc fine, quo dictum superius contexui: Fecerunt idem alii, nunc de suâ gente; nunc de aliis scribentes. Hinc Francisci Petrarchæ, de viris illustribus: item q; Pauli Iovi, de viris illustribus: Ioannis Boccatii, de casibus illustrium virorum: Ioannis Bracelli, de claris Genuensibus: Hinc olim Plutarchi, & alterius cujusdam Bergomensis, de claris mulieribus: hinc recens Raphaelis Voleterani, de claris viris omnium gentium. Hinc Ioannis Feronis stemmata, cum gestis illustrium familiarium; ut taceam quæ in scriptoribus magis septemtrionalium populorum, deprehendi plurima possunt, non majoris sanè momenti, nec lectione magnis digna (absit dicto jactantia) quàm hæc nostra.

Secundo loco illud Propertii lib. 3. objicitur.

2. *Omnia post mortem fingit majora vetustas,*
Majus ab exequiis nomen in ora venit.

Quo historiarum nostrarum fidem elevari posse quidam

dam existimant, ut nimis hyperbolicarum & plusquam res est, dicentium. Ego verò respondeo non esse hanc mentem Poëtæ ut dicat majus verò, nomen in ora venire: post obitum: sed majus scil. quam nobis adhuc vivis in hominum ore existit. Explicatius id Martialis, eodem sensu innuit.

Esse quid hoc dicam, quòd vivis fama negatur?
Et sua quòd rarus tempora lector amat?

Huic quasi respondet, dicto loco Propertius:

At mihi quod vivo detraxerit invida turba:
Post obitum duplici fænore reddet honos:
Omnia post obitum fingit majora vetustas
Majus ab exequiis nomen in ora venit;

Scilicet quam adhuc nobis vivis.

Non poterit igitur ex hoc loco historiarum nostrarum veritas convelli: pro qua nolo hic prolixè disputare: Tantum id addendo; me non nisi lecta à veteribus illis scripta, adferre: ipsum nihil exaggerare: Hoc etiam; vix hic reperiri tam incredibile quidquam, cujus simile in aliarum gentium historiis non deprehendatur.

Nam si cum his conferamus Telamonem, propter insignem corporis fortitudinem, Herculis amicum habitum & Hesiones nuptias promerentem: Peleum, feras omnes ad quas perdendas missus est, discerpentem: Periclymonem, Herculis congressum sustinentem (ut Herculem ipsum & alios, quibus Poëtarum licentia fidei nonnihil derogavit, omittam) Theseum Ægei filium, virtutis Herculeę æmulum: Milonem Crotoniatam, bovem in olympiâ portantem: & hoc longe superiorem, Titormum Busequam: Tritanum: Agathonem: Tydeum: Selevcum: Nicanorem: Iunium Valontem: Rusticollam: Lysimachum: Polydamantem: Aristomenem: Fulnium Salvium: Athanatum: Odenatum: Sinerdum: Evtymum: Bithonem: Cynegirum: Cleomedem Asti-

palæum: Attilium: *Marcum Servilium: Maximinum Imp* Hos inquam & alios, quos Græcorum Romanorumquè historiæ nobis suppeditant, si ad nostros conferamus; nihil impossibile aut incredibile de nostratibus narratum inveniemus.

Ad Piraticæ verò vituperationem ex professo non discendi: Respectu namq; eorum temporum, non fuit usq; adeò infamis: Non solùm in hoc orbe magis Arctoo: Sed nec in ipsa quidē Greciâ olim, ut neq; postea in Germania, sic Thucydidi, & cæsari fides. Scribit enim Thucydides, paulò ante sua tempora, tantum fuisse in Græcia barbariei & feritatis, ut terrâ mariq; latrocinia palam exercerentur, essetq; pyraticæ & latrocinii professio minimè contumeliosa. De Germanis verò illorum temporum scribens Cæsar: Latrocinia, inquit, nullam habent apud Germanos infamiam, quæ extra fines cujusq; civitatis fiunt, eaq; juventutis exercendæ & desidiæ minuendæ causâ fieri prædicant: Id quod de priscis Norvegis & vicinis, verissimum.

Extant enim veterum illorum orationes hortatoriæ, ad piraticam & alia facinora, terra mariq; obeunda, quibus nepotum virtus in lucem protraheretur: Indignus enim præclaro parente habitus filius, qui in armis minus posset: utq; posteri cum majorum rerum gestarum gloriâ magis contēderent, vetuerunt bona parentum armis quæsita, ad filios devolvi, jure hæreditario: quin ea potius, cum defunctis dominis, inhumanda censuerunt: ut sunt aurum, argentum: gladii, Clypei: equi, naves, & alia. Hinc multi navibus pro capulo seu urna ferali, usi leguntur: Multi cum equis ac universâ armaturâ, contumulati multi sub extremum vitæ terminum scrinia nummis referta, irrecuperabilibus scrobibus aut puteis demersisse. Quod fortasse hæredes habuerint, in quibus virtutem avitam non ita conspicuam cernere visi sint, & id quidem de Thesauris absconditis legitur, de Egillo

Scal-

Scallagrimio noſtrate: qui filium habuit à maſcula patris virtute alienum, interim tamen virum bonum & humanum: Itemq; de Geirmundo Fuſco: ut ſupra. Id vero ita conſtitutum exiſtimare licet, ne juvenum virtus torpore & ocio marceſſeret, ac effæminata redderetur:

Neglectis [enim] urenda filix innaſcitur agris.

Deinde ut filius aut poſteri, ſi quid tale amarent ſuâ id virtute, majorum exemplo quærerent. Quid enim filio eximia armatura parentis, qua uti neſciat? Ejusdem quoq; degenera virtus, reliquorum præterea bonorum amiſſione multanda fuit. Et hæc quidem conſuetudo, Spartanæ diſciplinæ quendam rigorem ſapere videtur. Illius igitur Seculi reſpectu ut jam dictum interdum fit, ut piratica minus malè audiat in his relationibus. Et Ariſtocratia Iſlandorum talis fuit: talesq; alumnos habuit: Ad regnum tranſeamus.



DE REBVS ISLANDORVM LIBER III.

Regum quibus paruerunt hactenus Islandi catalogum continens, cum aliis nonnullis memorabilibus.

ANnos prope quadringentos (nempe 387. circiter) sua Aristonomia usos esse Islandos constat: quam hactenus utcunq; descripsimus. Quo etiam tempore, à vicinis Norvegiæ Regibus, non tractabantur, ut subditi: Sed ut socii & amici colebantur. Interim tamen horum felicitati in libera illa αὐτονομίᾳ potissimum sitæ, à diversis Norvegiæ Regibus, diversis temporibus insidiatum esse deprehendimus.

Pulcricomus Islandiæ insidias struit.

Et quidem mox initio, ab ipso Pulcricomo, qui anno 64. Islandiæ habitatæ, decesserat. Is familiarem quendam Unadem nomine, Gardari illius secundi Islandiæ repertoris, filium, ad Islandos subornavit: Ducatum Islandiæ eidem pollicitus, ut is primatibus Insulæ, dolo captis aut interfectis, illum in Regis potestatem redigeret. Quo adveniente & in Islandiâ orientali, cum 12. tantùm virorum (ne quid sibi ab ipso metuerent incolæ) sodalitio commorãte, ac aliud quidvis, quàm quod res erat, agente & præ se ferente; Islandi, quos non ita fallere erat, dolum forte subolentes, hominem è medio tolli curant: idq; per ejusdem Unadis hospitem: in quem unus prius aliquid suspicione dignum semel atq; iterum designavit, quàm ipsum hospes cum sociis aperto marte con-

conficeret. Idq; inquam factum est,ne quid tale alii in posterum impunè præsumerent.

Olaus verò Tryggonis Anni 995. & sequentium, Rex in Norvegiâ, Islandiam non sibi aut Norvegiæ Sceptro, sed Christo lucrari cupiebat: id quod etiam obtinuit; ut ex libro 1. cap. ult. notum est.

Eidem porrò homonymus Olaus Crassus, qui circa annum 1014. in Norvegia Regnum adeptus est, ob Papistica aliquot miracula, in sanctorum numerum à suis post fata relatus, optimates Islandiæ per transmissa munera & Regii favoris pollicitationem callidius attentavit: Missisque Anno 1017. Legatis, rogavit ut sibi tributarii fierent; cujus rei gratiâ quorundam filios in aulâ honorificentius habuit. Porrò ubi huic negocio incolas minus favere comperit; Idem secundùm, Thorcillum Nefio in Islandiam ablegavit 1024. per quem hæc duo quàm amicissimè ab Islandis contendere fategit. *Olaus Sanctus Islandiæ cupidus.*

1. Vt cum homagii & tributorum spes nulla esset ab Islandis; Vellent saltem insulam borealis Islandiæ Grymsey suæ potestati permittere.

2. Alterum ut primatum quidam, nomine notati, ac à Rege humanissimè invitati, fœderis & amicitiæ firmãdę gratiâ, in Norvegiam venirent: iisdem contra aureos nescio quos montes pollicitabatur.

Erant quidam nimis candidi, ac creduli, nihil de hac petitione gravius suspicantes, ita ut parum jam abesset, quin Rex voti compos fieret. Ne quid tamen præcipitantius agerent; de his rebus in commune consultandum censuerunt; ut quæ res plures concerneret, cum pluribus & quidem publicè communicaretur. Quare eadem re in foro magno insulæ disceptatâ, surrexit Enerus de Thuera, atq; Regiis petitis prudenter adversum ibat: hac ferè oratione:

 Si quos,

Eneri Tuetaingij adversus Regia petita oratio.

Si quos, ait, viri fortiſſimi, à libertate ad ſervitutem ab immunitate ad onera ab equis ad aſinos deſcendere juvat; eos quidem graviſſimo jugo, quod Regii favoris nomine involutum ac palliatum offertur, colla ſubmittere oportet. Etenim tributariis factis, quid aliud reſtat, quam ut onus oneri tributo tributum addatur: nosque ad extremum ita fatigemur, ut hoc tempore Norvegi, ne vel fortunatum vel capitis proprii, poteſtatem relictam habeamus? At ſi tributorum aut homagii compotem Norvegum non faciatis, interim inſulá cupitam eidem indulgentes, nihilo prudentius feceritis. Quid n. id aliud eſt, quã ad oppreſſionem & interitum libertatis, non feneſtram modò, ſed patentem januam aperire? Talis namq; eſt inſula (nec verò neſcitis) quæ, ſi nihil commeatus indidem aſportetur, mediocrem exercitũ, ſolâ piſcatione alere poſſit. Quem ſi Rex noſtrarum fortunarum cupidus, eodẽ transferat, (ut ſine dubio transferet: impetret modò) Ecquid, ſupereſt, quàm ut Regii inſulam ubi volent, liburnicis petentes, omnium noſtrorũm res in anguſtum cogant: habitationemq; noſtram usque adeò diſtractam & quo ad locorũ ſitus raram, ut unus alteri ad ſubitam hoſtium impreſſionẽ, auxilio adeſſe nequeat, igni & ferro deſolentur, ſi nõ omnia ad Regis imperata, vel militum potius libidinem fecerimus. Iam verò quod poſtulat; ut primarii noſtræ Reip. viri ultrò ad ipſum veniant; quid quæſo aliud vult, quã ut iis ſecum detentis, plebẽ noſtram capite truncam, quo volet, in obſequium ſui deducat? Benignus ſanè Olaus, Rex eſt, & humanus ſatis: ſed cujus amici, non ſervi eſſe velimus, quibus avitam hactenus ſervare libertatem contigit. Deinde quamvis hic clemens ſatis, & ut prędicatur, mitis? Quis ſcit an tales habiturus ſit ſucceſſores? Ergò ſi patriam libertatem retinere, ſi vitæ fortunarumq; jura ſarta tecta cõſervare animus eſt; hęc & ſimilia Regum petita, quantumvis benevolentiæ titulo fucata

cata

cata, repulsam utiq; ferre finatis. Dixerat Einarus; & omnium subitò animi mutati sunt: Estq; in ejus sententiam continuò pedibus descensum. Reversis autem re infectâ legatis, successit Norvegus, non sibi in Islandiam, quod nuperrimè in Grønlandiam Fareyas & alias vicinas insulas permitti: Quocirca duos Islandiæ juvenes nobili loco ortus, arctiore custodia, retineri curavit: reliquis in patriam dimissis (multi enim in aula vixerant) minatus nisi tributarii fierent Islandi, se non tantum in iis quos arrestandos curarat, memorabile exemplum editurum; sed etiam in Islandiam ipsam aliquid gravius tentaturum esse. Quas minas cum Islandi surdis auribus præterirent, animumque adversus callida hæc attentamenta obfirmarent, Rex captivos illos juvenes duriuscule tractare cæpit, suamq; sanctimoniam, innocentibus Islandis, hoc modo probavit. Sed iniquum Regis propositum unà cum ipsâ vitâ, intestinæ seditiones non multo post abruperunt.

Simile aliquid, sed non ita aperte, de Islandis tentare voluisse creditur Haraldus crudelis, hujus Olai frater uterinus: sed eodem eventu. Quare Islandi ad annum usq; 1261, in pristino Reipub. statu permanserunt; quo Haquinus Haquini filius, Norvegiæ Rex, eosdem in deditionem accepit.

Porrò ad deditionem, Islandi, nec precibus nec nimis adducti sunt: sed illo occulto conversionis rerump. fato, à quo omnia sursum deorsum vertuntur. Etenim sub ipsum mutandæ Reipub. tempus, laudabilis illa Islandiæ Aristocratia in pessimam Oligarchiam transformari cæpit: & optimatum ut quisq; potentior, ita principatū magis affectare; spretaque legum & justitiæ normâ (ad quam majores totos propè ut dictum quadringentos annos pacificè vixerunt) omnia vi & armis gerere, cædibus, seditionibus, rapinis, & omni- *Occasio deditæ Islandiæ.*

omnimodis injuriis,nullum modum aut metam statueret:ita ut cőstet, ad intestina certamina,aliquoties plusquam 1400. armatorum,ab una parte educta; & 20.navium classe à Colbeino quodam borealis Islandiæ incolâ,adversus Magnatem quendam occidentalis Islandiæ, inter promontoria Horn= strander & Siglunes / depugnatum esse. Nec pugnæ solum tempus istis hominibus cruentum, sed noctes diesq;, sed horæ & momenta: adeò, ut de isto convertendi status Reipub. paroxysmo illud Ovidii usurpare ferè liceat:

————————fugêre pudor,verumq; fidesq;:
In quorum subière locum fraudesq́; doliq́;
Insidiæq́; & vis & amor sceleratus habendi.

Quæ scelerata libido & licentia, etiam ad ipsa sacra pertigit: Etenim præter alios, Godemundus, Boni cognomen gerens,Holensis Episcopus Cathedrâ ejectus est,& plurimos annos malis modis tractatus,ac àquibusdam,usq; ad verbera & carcerem divexatus: quorum nonnulli ultionem divinitus immediatè immissam senserunt. Constat quoq; sacerdotes à quibusdam, ad securim & gladium domo sua eductos, &c. Repub. igitur in hunc modum,discissâ, Norvegiæ Rex, quod diu cupierat obtinuit: Nec enim alia visa est incolis, pacandæ Reipub. expeditior, nec magis tuta ratio; quam si tam Magnates quam plebs,unius Regis imperio coërcerentur. Quare ad Regum accedentes; primò REGNVM, hoc est, Regiam potestatem, cui subditorum obsequium ex adverso respondet, definiemus: Deinde Regni durationem, per Regum successionem historicè contin[illegible]abimus; simul adnotantes, quid in utraq; rep. cujuslibet R[illegible]gis tẽpore,constitutum,mutatũ aut emendatum sit (aut si [illegible]terim alia pauca incident) quantum quidem mihi cognosse licuit: Neq; huius tertii Libri alius ordo, expectandus erit.

Propositio ac ordo tert. lib.

Quid Regnum

REGNVM, igitur, in quo inde ab Aristocratiæ exitu vixerunt

xerunt Islandi) est status Reipub. ab anno 1261. incipiens; quo Norvegiæ Regi legitimo, fides & obsequium, tum tributū annuum ac mulctæ scelerum pecuniariæ jurata sunt: Omnia, inquam, ista (præter mulctas arbitrarias, seu judicum arbitrio commissas) Legibus Islandorum ad unguem descripta certis terminis: quos egredi, Regia potestas non debebat: Ast Rex vic.[illegible]n ad certas cōditiones & privilegia, Islandis servata obligabatur: & quibus non servatis Islandi juramento fidelitatis quoq; solvi debebant. Quæ omnia paulò latius explicanda.

Regem enim Norvegiæ, cui parendum esset Islandis; codex definit Vicarium (Kristindomb. 1.) & servum seu ministrum (Kŭgserffd. 1.) penes quem in Norvegiæ Regno, sive domi, sive in provinciis, rerum politicarum summa residet; ad defensionem bonorum & pravorum emendationem vel pœnam: prout etiam Regia obligatione plenius declaratur. (Kŭgerffd. 7.)

Huic, ceu à latere statuit codex Episcopum, parem potestatem Ecclesiasticam gerentem: quorum utrunq; intra suæ spartæ metas, ut quilibet audiat, gravi exhortatione admonet: quo circa etiam subditorum obsequium & audientiam juratâ obligatione afferi voluit: De utraq; autem obligatione, tùm Regis, tùm subditorum, nobilium ac plebejorum, qui volet, codicem consulat:

Diximus autem nonnisi *Legitimo* Norvegiæ Regi fidem jurasse Islandos: ubi sciendum, Reges Norv. olim in suffragiis creari solitos: sed à stirpe duci; inde usq; à Pulcricomi temporibus: Qui sanxit, ut mascula tantùm Regis stirpe orti, hæredes Regni existerent. Recentior verò Olai Crassi lex, fœmineâ etiam stirpe ortos; immò ex collateralibus quosdam adjunxit, ac ad Regiam successionem adscivit.


Cur Islandis de legitimo Norveg Rege constare debuerit.

Vetus lex de R. R. successoribus.

Recentior de Regni success. constitutio.

Tandem etiam in Regis electione suffragia admisit; co-

gnatis vel agnatis non existentibus. Islandi igitur cum legitimo tantùm NorvegiæRegi obstricti essent, magni sua interesse putabant,ut Regiæ successionis lex & ordo in codice suo præscriberetur; quam legem tabula consanguinitatis propositam & numeris distinctam, commodisse exhibere visum.



IN hac tabula & cognationis serie undecim succedendi mo-
1. di propositi sunt numeris distincti. Primum enim Regi de-
2. functo succedit ex filiis legitimis, maximus natu. 2. Nepos
3. paris conditionis, patre etiam legitimo natus. 3. Frater ho-
4. mopatrius & legitimè natus. 4. Patruus, homopatrio & le-
5. gitimo parente,ipse etiam legitimus. 5. Ex fratre homopa-
6. trio & legitimo,nepos legitimus. 6. Frater patruelis,talis pa-
trui

trui filius, qualem quarta lex præscripsit. 7. Filius illegitimus; 7.
sed naturalis tamen. 8. Ex filia legitima nepos legitimus. 8.
9. Ex sorore homopatria, nepos legitimus. 10. Ex fra- 9.
tre superioris conditionis, pronepos legitimus, tali quo- 10.
que parente genitus. 11. Amitinus Regis legitimus, majo- 11.
ribus quoque legitima procreatione ortis. 12. Deficientibus
his, successit Regi defuncto, ejusdem sobrinus, ijsdem condi- 12.
tionibus quo ad jus genituræ, servatis. 13. Tandem nullo ho-
rum existente successor Regni ex communi & plebejo hære-
ditariæ successionis jure constituebatur; ubi ut in omnibus
prædictis modis, ætatis prærogativa tenenda est; ut ex filiis, 14.
fratribus, nepotibus, sobrinis, maximus natu primas ferat.
14. Non existente aût qui defunctum Regem sanguine attin-
gere; ad suffragia demum ventum est, in quibus si inter Re-
gni magnates non convenisset, eius partis sententia præva-
luit, à quâ Archiepiscopus Regni & Ecclesiastic9 or io staba.

Constituta igitur legitimæ successionis norma, unde le- *Jus Reg. Nor. in Islandos quare.*
gitimi Regni hæredes (quibus solis fidem jurarant Islandi) ab
aliis qui sæpius Regnum per vim & illicitas factiones, inva-
derent, discernerentur; Potestatem etiam & jus quod Rex il-
le in Islandos haberet, scriptis legibus determinabant.

Ea verò potestas fuit potissimum in tributo annuo & pœ-
nis criminalibus irrogandis, prout descriptione ipsâ Regni o-
biter attigimus. Tributum annuum præscribit titulus codi-
cis Eignskylda cap. 1. & quidem perpetuum; ut quod vel au-
geri vel minui per leges non potuit, ad quod accessit decima-
rum pars Regi debita jure novo & Ecclesiastico.

Pœnæ criminales aliæ vitam, corpus, famam, aliæ fortu-
nas concernunt, per omnes codicis titulos dispersæ, aut a-
lias lege determinatæ; alias arbitrariæ; præter ista onera pu-
blica, etiam fidelitatem & obsequium legibus consonam in-
colæ Regi jurabant, Sed & Rex vicissim jurejurando se inco-

lis adstrinxit; ad leges Islandicas contra quas ipsi nihil in subditos licere voluerunt.

Platonis insignis locus. Etenim fortassis illam Platonis mentem noverant: Nullum esse interituræ Reip. majus argumentum, quam si *Magistratus legi, non lex Magistratui imperet.* Qua in re etiam Regum nostrorum æquitas, non minus eluxit (qui se legibus teneri voluerint (summorum & sapientissimorum Imperatorum vocem & sententiam ea de re amplectentium. Digna vox (ajunt Theodosius & Valentinianus) majestate Regnantis: *Legibus alligatum se Principem profiteri.* Quemadmodum Paulus J. C. distinct. 42. titul. de legib. & fidei con. c. 23. *Deest Imperatoriæ Majestati, eas servare leges.* Quibus ipse solutus esse videtur.

Id quod in nostris Regibus tanto laudabilius, quod ob contrariam mentem, Schytarum, Turcarum, Persarum & aliarum nationum Reges male audiant; Nempe quod legibus à se vel suis majoribus latis teneri se nolint.

Ex dictis ferè Regia potestas in subditos Islan. & horum erga Deum & Regem obsequium intelligitur. Ad quod obsequium utriq; Magistratui præstandam, post conceptos fidei Christianę articulos, ut loquuntur & capita, ut in quæ & qui fidem jurandũ esset, Codicis novi auctor gravi oratione pertrahere subditos conatur Crist. b. c. 2. Cum divinam clementiam non fugeret, inquit, quanta ad maximam populi multitudinem, imperio coërcendam, & in obsequio erga divinum numen continendam diligentiâ & curâ opus esset; duos sibi vicarios in terris delegit, ad sanctę religionis & fidei; ac sacrarum legum curam & custodiam positos, qui virtutem tuerentur; vitia plecterent; Qui duo Regis & Episcopi titulo gaudent: quorum ille politicâ potestate instructus est, hic Ecclesiasticâ; & alter alteri ad mutuum auxilium obligatus, quantum fas & jura sinunt: debentque in primis agnoscere eam à Deo potestatem accepisse se; non à se ipsis habere.

ſgitur cum vicem Dei hi gerant: Deinde quod ijsdem carere omnino non poſſimus; tertiò quod eos ſuo Deus nomine in terris dignatus ſit; Magno ſe immerget divinæ ultionis periculo, qui utrivis conſilio & opera, obſequio & audientia, in faciendo officio præſto eſſe nolit: præcipuè cum leges certis terminis Magiſtratus in officio contineant, ne imperantium avaritia, ſubditis quicquam, ſervatis legibus, detrahere poſſit; ut nec ijsdem ſtolidum vulgus ſuam audientiam imprudenter & impudenter denegare.

Nova Reip. Islandorum qualis forma

Tale jus & Dominium in Islandos adeptus Norvegiæ Rex, illud plerumq; per unicum Satrapam ſeu Toparcham exequi conſuevit (unum autem dixi plærumq;; quia interdum per duos) cui ſumma rerum commiſſa eſt; qui provinciam Islandiæ, veteri ferè partitione diſtinctam, per Magiſtratus ſerviles ſeu meritorios (eosdem nempe quos in Ariſtocratiâ, inſula habuit: qui ab his eò differunt, quod illi liberi & nulli dediti erant: hi ſervientes & meritorii) particularium nempe provinciarum judices & Nomophylaces gubernabat: infimo Magiſtratu, hoc eſt, Reppagogis ex veteri conſuetudine retento. Jurisdictionis verò forma, ut & ipſum jus, ex parte mutata eſt: de qua mutatione paulò poſt nõ nulla. Aſt de Rege & Regiâ poteſtate, jus planè novum, ut res ipſa loquitur. Quare in nova iſta Reipub. forma conflatum codicem, novum appellarunt: Qui tamen non eſt planè novus) niſi qua Regiam poteſtatem ſpectat, ut dixi) ſed veterũ conſtitutionum verbis & ſententiis maxima ex parte conſutus & contextus. In nova etiam hac Reip. forma, novum ferè illud adnotandum eſt; quod hîc, præſertim ſuccedente tempore, Magiſtratuum munus, & præcipuè Nomophylacum, magis perpetuum, ac vix niſi ipſa morte, mutabile eſſe cæperit. Quod quam ſit ex uſu Reipublicæ aliis judicandum relinquo, quibus optime conſtitutarum Rerump.

Magiſtratus vix niſi annui, innotuerunt (nec enim Romani conſulatum tantùm annuum; nec Spartiatæ parem Ephoriam inſtituiſſe & geſſiſſe fruſtrâ, credendi) ibi enim quilibet ſucceſſoris novi lineam & animadverſionem, ſe adhuc vivo metuens, quàm juſtiſſimè & caſtigatiſſimè omnia curare & adminiſtrare nititur: hîc invenias aliquos quamvis in Magiſtratu poſitos, qui quod eorum munus non niſi cum vita finiatur, nulla afficiuntur Nemeſi, nulla nominis aut famæ poſthumæ vel futurorum præmiorum curâ tanguntur; cujus exempla (dolendum) paſſim & ſæpè obvia. Sed jam ad Regum catalogum & ſucceſſionem accedamus.

HAQVINVS HAQVINI F.

Norveg. & provinciarum Rex; Islandos primus in deditionem accepit

1261.

Norvegi legationes de deditione ad Islandos.

DIxi ſuperius Haquinum Norveg. Regem; Sverri Regis nepotem, Islandos Anno 1261. in deditionem accepiſſe: id quod quinis legationibus vix obtinuit. Quarum primam ſu-
1. ſtinuit Sigvardus quidam Norvegiæ Epiſcopus, & nobilis ejusdem nominis, Sigvardus Silkiauga / id eſt, byſſinus ocu-
2. lus Anno 1253. Alteram legationem geſſit *Ivarus* Angeli filius,
3. anno ſequenti, aut non multo poſt. Tertiæ præfuit Gyſſerus Thorvaldi F. Islandus R. Haquini conſanguineus, ac ab eodem Ducis titulo & dignitate ornatus; ut ſcilicet is tanto ſtudioſius Regias partes apud Islandos Sympatriotas ageret. An. 1259. Natus eſt hic Gyſſerus in Islandia meridionali, patre Thorv. Avo Gyſſero Scalh. Epiſc. Is magnas in patria ſimultates, magna certamina, cũ altero quodã Sturlâ nomine geſſit;

fit; qui Sturla, Principatū in patria affectabat; cuique ſe Gyſſ. oppoſuit: Sed non ſatis feliciter, mala plurima paſſus. Quare is ad Norvegiæ Regem confugit: & privatim cum illo de deditione Islandiæ egit: cum is Sturlam adverſarium ſuum ſuperiorem fore metueret. Reverſus habitavit pagum Borealis Islandiæ Flugumyre; quem ibidem hoſtes incendio adorti ſunt: ubi Gyſſeri uxor & filii duo egregii juvenes perierunt. Ipſe veró ægre ſe incendio ſubducens, inimicos poſtea quodammodo ultus eſt. Tandem veró, ob privatæ conſpirationis, cum Rege Norv. ſuſpicionem, ab incolis malè tractatus, & ſæculi pertæſus, vitam Monaſticam affectabat.

Quartùm in Islandiam legati ſunt Ivarus Arnlioti & Paulus Linſcyma: qui etiam re infecta iter converterunt. 4.

Quintam legationem Haraldus Gullſkor/ id eſt, deauratus vel aureus calceus obivit Anno 1261. qui id demum obtinuit, ut Islandia Norvego fieret tributaria; ſed non mox tota: Orientalis enim quarta adhuc reſtitit, Anno 1264. primum in deditione conſentiens. 5.

Porro d. ditionis conditiones hæ referuntur.

1. Vt Rex Islandis jus patrium ſartum tectum conſervaret.
2. Vt de navibus, extraneis mercibus, inſulæ maxime neceſſariis, refertis, quotannis Islandiæ proſpiceret.
3. Vt hæreditates, Islandis fortè in Norvegia obtingentes, eisdem, poſt quodlibet temporis intervallum poſcentibus, concederentur.
4. Ne Islandi portoria ſolverent.
5. Islandi eius æſtimationis eſſent in Norvegia, cujus olim, atq; eiusdem iuris compotes; ut cum optimi & prout iisdem, Rex Norveg. ſuis diplomatibus confirmaſſet.
6. Rex pacis publicæ cuſtodem ageret omnibus viribus.

7. In-

7. Insulam per Ducem, Satrapæ loco immissum, Rex gubernaret, cui Regis nomine omnem legitimam audientiam incolæ præstarent, dum ipse suo officio erga Regem fideliter & erga subditos juste fungeretur; & dum conditiones deditionis & privilegia à Regiâ parte inviolata servarentur: & quibus non servatis Islandi nullo juramento erga Regiam Majestatem tenerentur.

His demum condititionibus, homagium præstitum est prædicto *Haquino* Regi, & Duci, magno ejusdem filio ac Norvegiæ Regi inaugurato: Anno prædicto. Anno 1263. Thorleifus Nomophylax.

II.

MAGNUS, HAQUINI F.

Sverri Regis pronepos; Norvegiæ & provinciarum, Rex.

Hic cum sub exitum parentis, titulum Regium, integrum penè sexennium usurpasset; à paterno funere, Norvegiæ Monarchiam, omnium primus sine invidia & æmulis obtinuit. Et quia vivo adhuc patre Haquino inauguratus est, eodem homagio ipsi, quod & patri, præstitum est, Islandi devincti erant; sicut ex deditionis forma, pauló ante exposita constat.

Equites aurati Islandiæ. Islandiæ 1. præfectus Regius.

Is duos Islandos, Rafnerum Ottonis, & Ormerum Ormeri, f. f. Equites auratos creavit & Islandiæ præfectos constituit Anno 1269. Sed Ormero in reditu pereunte, Islandiæ præfecturam primus omnium Raffnero gessisse commemoratur.

Hoc Rege, Henrico, qui tempore Aristocratiæ ultimus fuit

fuit apud Holenses Episcopꝰ, Branderus succedit Anno 1263. *Episcopi.*
Sigvardo verò apud Scalholtenses, Arnerus Thorlaçi F. 1269.
Branderum Holensem, Iorundus excepit. 1267. Anno 1263.
fit Thorleifus quidam Nomophylax, & iterum Anno 1268.
Sigvardus verò quidam Anno 1266.

Anno 1267. Gysserus quidam Thorvaldi F. Islandus, ab Hàquino Norvegiæ Rege sibi consanguineo, paulò ante deditionem Islandorum Ducis titulo & dignitate ornatus (spe subigendæ Islandiæ) post varia certamina varias fortunæ vices, & injurias multas, in patria datas & acceptas, mutante aliquantum fortuna, vitam monasticam meditatus Cænobium Widey affectabat; Annò sequenti demortuus.

Anno 1267. Ionas Nomophylax, & iterum, Anno 1269.

Hoc tempore novus codex L. L. extitit; Thorvardo Thoranni F. & Sturlâ Theodori conscribentibus: Anno 1271. Qui tamen non subitò totus obtinuit: Sed titulus tantùm primus Thingfarar balkur/ qui de fori judicialis constitutione tractat; Et secundus: Thegnskillda: qui mutuam subditorum & Regis obligationem continet: cum duobus capitibus titul. de hæreditat. (quæ liberorum naturalium & etiam adoptivorum successionem tractant) Anno prædicto 1271. recepti sunt, Anno sequenti 1272. totus codex præter reliquum titulum de hæreditatibus, communibus suffragiis approbatus est: ideoq; ad hunc an. 1272. legum mutatio in analibꝰ adnotata legitur. An. 73. ét reliqua lex hæreditatū obtinuit.

Cum verò hic Rex noster Norvegicum jus quadruplex, Frostathingense, Gulathingense, Opplandorum & Vichense, in unum corpus Anno 1267. conflavisset; idq; jam constituisset Islandis, Regem Norvegiæ legum reformandarum adeò esse studiosum; eidem etiam tantùm tribuendum putabant, ut etiam suarum legum cōformationem, ipsius arbitrio permitterent. Id quod idem non minore cum benevolentia quā

Cc feli-

felicitate & dexteritate, præstitisse videtur: prout ex præfatione codicis reformati, Anno 1281. ad Islandos per eorundem Nomophylacem Ionam remissi, intelligi voluit: Cuius partem huc transtuli.

Magnus med guds myskun Noregs kongur 2c.

" Magnus Dei gratia Norvegiæ Rex, Haquini Regis F. & " Sverri pronepos; omnibus in Islandia Deo & sibi dilectis salutem, &c. Nostis à fide dignis viris ad nos perlatum esse, " siquidem Norvegicas leges invicem parum consonas, passim emendare, illustrare, & conformare, essemus conati, optare vos ne vester codex, eiusmodi correctionis expers foret. Et sanè cum jam antea vel non vobis rogantibus, maxima eius rei cura, nobis ex officio incumberet; nunc tamen multo maior incumbit; quod vos nostræ fidei ita penitus concredatis; ut ius terræ vestræ, nostro & senatus nostri marte reformandum censeatis. Codicem itaq; vestrum, quâ debuimus diligentiâ relegimus; & re exputatâ, amputanda verborum quædam prolixitas videtur, quædam etiam paulò magis concisa, explenda duximus. Etsi autem huic oneri, nos valde impares agnoscimus, eiusmodi tamen codicem, quem nunc per Dominum Ionam Nomophylacem vestratem remittimus, curavimus exarari: idq; Dn. nostri Iesu Christi gratiâ primum freti, deinde etiam nostrorum consiliis & prudentiâ usi. "

Magna in Rege modestia.

Hinc ordinis & titulorum codicis rationem Methodicam reddit: proæmii verò clausula talis est.

Petimus autem ut ad ea, quæ vel deesse, vel dextrè minus posita esse videbuntur æquo animo conniveatis; Eo quòd non voluntatem; sed viris occupationibus variis impeditas, ad perfectionem emendationem nobis defuisse, certo vobis persuadere debeatis; immò; etiamsi hæc cura minore

cum

cum periculo nobis incumberet, minusque nos tangeret; "
quam ipsi nobis conscii simus, nos ab eâ sæpius tangi & tor- "
queri. Quod si opera hæc nostra emolumenti aliquid allatu- "
ra erit; id quicquid est Domino nostro IesuChristo in totum "
debebitur: Cujus sit nomen benedictum in secula seculor. "
Amen.

Et tale quidem est codicis novi proœmium; quem ex veteri corpore juris consarcinarunt ipsi Islandi, ut dictum est; Reformandi verò potestatem, quamvis Regi fecerint; id tamen ad ordinem & concinnitatem saltem referendum est. Nam res ipsas seu subjectas materias non licuisse mutare, inde constat; quod quæ Regi debitam subditorum obedientiam concernunt omnia nihil mutata, & primæ obligationi respondentia leguntur. Ubi etiam hic Magnus cum patre Haquino sanctè promisêre leges Islandicas incolis inviolatas servaturos. Non igitur licuit, inquam, reformatori res vel materias L.L. mutare, sed concinnare tantùm.

Quanquam in quo pretio concinnatio ista habenda sit, non putare meum est: id ex collatione utriusque codicis, veteris & novi planum esse poterit. Exempli gratia.

I. In hæreditatibus adeundis, jure veteri differentia sexus, quæ in primo modo successionis, filiorum & filiarum familiâs tradita est. Ea in omnibus deinceps hæreditatibus adeundis servabatur. At de jure novo; quam sexus differentiam in primo hæreditariæ successionis modo admiserunt; eandem in nepotibus & omnibus deinceps capiundæ hæreditatis modis negligentes. Quæ res cum bonis moribus nihil sufficiat, æquissimis animis tolerari potest.

 II. Illud

II. Illud de ſtupri pœna inconvenientius: jure antiquo, ut ex primo lib. conſtat, non ſolùm ſtupris, ſed etiam baſiis, & amplexibus illicitis, graves pœnæ inflictæ, quas videris ibid. jure novo quoddam ſtuprum (plebejæ nempe; quæ conſanguineos vel curatores non habeat) viliſſima mulcta luendum venit, nempe 12. al. Quod aſſis magni Isl. $\frac{3}{20}$ ſignificat: appellaturq; Lagarettur / iſta mulcta, non ſine legum ignominia aut opprobrio: cum idem ſtuprum de jure veteri trium Marcarum Islandicarum mulctam poſcat, id eſt, duodecies tantum quantum jure novo exigitur.

III. In cauſis forenſibus; præter infames & improbos, ut fures, perjuros; &c. præter etiam impuberes, inimicos etiam affinitate & ſanguine juncti, à teſtimonio & judicandi poteſtate, recentibus conſtitutionib⁹ (ſi modò ritè ſervarentur) bene excluduntur; ſed his veteres addnnt omnes, quos cauſa controverſa nullo modo tangeret idq; prudenter & neceſſariò; vide lib. I.

IV. De cognita veritate teſtari nolentem veteres leges ſeverè puniendum cenſent, ut ſupra &c. Recentes verò eundem dimidiâ tantù Marcâ Isl. mulctandum pronunciant, id quod ad maximam veritatis oppreſſionem ſæpe numero feneſtram, proch dolor, aperuit, & vide ſis, an Chriſtiano judici ſequendum.

V. Quæ fuerit veterum & quam laudabilis conſtitutio, de otioſis & inertibus; qui ſibi & patriæ graves torpent, & in torpore iſto deſidioſo, procreant liberos plerumq; illegitimos, ſimiles parentum; ex lib. I. notum eſt; cuius mentionem in jure novo ferè nullam invenias. Quocirca etiam hodie leges illas ſublatas, nunquam ſatis deploramus.

VI. Fœminæ parentem infantis ſui mentitæ aut tacenti, etiam tormenta debentur jure antiquo: quæ conſtitutio in novo ſublata eſt.

VII. Ma-

VII. Magna fuit veterum in jurandis egenis (casu vel infortunio fortuito, non inertia aut ignavia, sic factis) ut ex lib. 1. constat. At hic recentes constitutiones aut mutæ sunt, aut similem beneficentiam in quosvis mendicos etiam improbos & ignavos convertendam statuerunt.

Quid dicam? plura conferenti. Horatianum illud subit mentem. *Lib. 3 carm. oda 6.*

Damnosa quid non imminuit dies?
Ætas parentum peior avis, tulit
Nos nequio res, mox daturos
Progeniem vitiosio-rem —:

Certè veteris juris sapiens rigor & prudens severitas, passim retinenda, novi codicis impunitate mutata, ad bonam Reip. constitutionem parum contulit. Verùm quia non patitur mea intentio, ista prolixè conferri, alterius & loci & tẽporis sunto: si illud tamenprius addidero; imperfectionem novi codicis, sequentium Regum infinitis constitutionibus, correctionibus, interpretationibus argui. Taceo quam multa obscura adhuc & ambigua in eodem jure novo, quæ tamẽ ex veteris legis sensu enucleari, Legulei nostri Scioli quidam vetant: vetusq; illud jus exoletum, & ne nominandum quidem, inepte clamitant: cum hoc novum ex isto, per integra capita, verbotenus desumptum esse; & passim quædam omissa, quæ mentem legis continent, quæq; omitti, sine veræ sententiæ jactura, non possunt: Rursus quædam non necessaria, addita esse; immò; quæ sensum aut invertant, aut ambiguum reddant, si usus poscat, aperte & ad oculum demonstrari possit, &c. An verò hanc imperfectionem, nostratibus qui novum codicem ex veteri primi conflarunt (circa Annum 1271, ut monui) An verò huic Magno Norv. Regi novum codicem (circa Annum 1281. ut dictum est) reformanti, debeamus, in medio relinquo. Interim à legum tàm Islan-

dicarum, quàm Norvegicarum conformatione Rex cognomen traxit Lagabœtir. Incolæ verò (Islandiæ dico) indidem hoc lucrati videntur, ut sæpe & multum, causarum decisio, non à mente legis, utpote obscura & ambigua; sed nutu & voluntate judicis, petenda sit.

Anno 1272. Sturla Nomophylax, alter ille novi codicis auctor.

Anno 1273. præfectura Islandiæ duobus simul commissa Raffnero Ottonis Equiti A. & Thorvardo Thorarinni F. Qui invicem fidelitatis juramento obligabantur; idq; Regis M. auspiciis, ad simultates in patria vitandas.

1274. Ursi nivei 22. cæsi in Islandia.

1275. Glacies Grølandia insolito more cingit insulam, & ursi nivei interim ceduntur numero 27.

1279. Redit ad Islandiæ præfecturam Raffnerus Ottonis E. à quâ annis aliquot abfuerat, Regis Norvegiæ vexillarium intereà agens. Magnus enim Norvegiæ Rex, Valdemaro Sveciæ Regi, sæpius cum exercitu mediocri, obviam ire solitus est; ad Regnorum limites constituendos; Anno 1268. & 1273. & aliâs. Sæpius etiam Valdemari & fratrum Eirici, Magni, Benedicti, de Regno Sveciæ contendentium turbis, sese ad gratiam conciliandam interposuit: non sine bellico apparatu. Etiam circa Regni sui initia simultates aliquas cum Scotiæ Rege gerebat.

Senatus enim Norvegiæ qui Anno 1262. morienti in Orcadibus Haquino Norvegiæ Regi, adfuerat, legatos de pace (bellum namq; Scoto, Norvegus intulerat) ad Alexandrum Scotiæ Regem mittit: Cui legationi Henricus quidam Norvegiæ Episcopus ex Ascatinus, dignitate sacerdos, officio Cancellarius (postea Episcopus Bergensis 1269.) præfuerunt: Sed irrito negotio: quod dicerent Scoti, Regnum tertiâ sui parte à Norvegis igni & ferro devastatum esse. Postea

ſtea etiam legati ultrò citroq; miſſi, donec tandem An. 1265 certis utrinq; conditionibus, in gratiam redirent. Interim (ut & poſteâ,) Norvegus ad arma non imparatus vixit. Quibus belli apparatibus, Raffnerus ille prædictus E. Regis vexillarius interfuit; ita ut Anno 1273. videatur præfecturam Islandiæ per alium adminiſtraſſe.

Anno 1279. nupſit Thorvardo Thor. F. Raffneri E. in præfectura Islandiæ, collegæ, Norvegiæ quædam Matrona nobilis Ragnhillda; quæ Brynulphi Jonæ E. Ducis Norvegici, relicta vidua fuerat.

• Inter hunc Magnum Norvegiæ Regem & Archiepiſcopum Nidroſienſem, Jonam, quædam in jure canonico fuiſſe controverſa, ex transactione Anni 1277. Regis & Eccleſiarum nomine facta, videre eſt, ad quam poſteri ſæpius ſuas controverſias revocabant, tàm in Iſlandia quàm reliquo Norvegiæ Regno: Cuius etiam idcirco mentio hic facienda fuit; quòd ea deinceps Islandi pro lege uſi ſunt.

Occaſio porrò huius transactionis fuit, quod Rex ad ſuum & viciſſim Archiepiſcopus ad ſuum arbitrium, Canones Eccleſiaſticos condi & conſcribi curaverant. Vnde poſtea Haquinus huius Magni Regis filius Islandis vetat jure canonico à patre Magno lato, uti, (utpote Eccleſiis nimis gravi & oneroſo) itemque eo; quod Archiepiſcopus Jonas compoſuiſſet (ut in Regem forſan & Regnum nimis contumaci) ideoq; Islandis juris canonici formulam, his antiquiorem Rex commendat; ut poſt monebitur.

Atq; ubi in hunc modum Eccleſiaſtici, politicis, & hi viciſſim illis, obſtinatâ quadam rigiditate ſeſe opponerent; prudentiorum quorundam conſilio ad prædictam illam transactionem, inter clericum & laicos ventum eſt; Cuius articuli ſeu capita, inter alia ſic traduntur.

A parte

A parte Archiepiſcopi, univerſo iuri ac poteſtati, ſibi & Nidroſienſis Eccleſiæ antiſtitibus in electione Regum Norv. à Magno Erlingi N.R. conceſſo, renunciatum eſt, dum ſcilicet ex linea Regii Sanguinis, hæres aliquis Regni legitimus exiſteret. Quo deficiente, ita ut iam ſuffragiis Rex creandus foret; Archiepiſcopus cum Clero, in ſuffragiis primas tenerent.

I. Contra verò Rex Magnus ſibi ſuisq; poſteris & Regni ſucceſſoribus, omnem Eccleſiaſticam jurisdictionem ademit & in perpetuum abdicavit; quam ſuperioribus ætatibus, Norvegiæ Reges ſive iuſtè ſive iniuſte ſibi vendicaverant: Severe interdicens omnibus inferioribus Magiſtratibus tàm in Norvegia quàm provinciis, præſentibus & futuris, ne Eccleſiaſticam illam iurisdictionem invaderent, aut ſibi uſurparent: cuius F. capita præcipua hæc eſſent:

Capita Iurisdictionis Ecclesiasticæ.

1. Si Clerici inter ſe litigarent: vel à laicis alicuius criminis aut iniuriæ rei agerentur.
2. De Eccleſiarum immunitatibus.
3. De Decimis & voto.
4. De Teſtamenris.
5. De Periuriis.
6. De Coniugio & natis legitimè vel ſecus.
7. De qualibet poſſeſſione Eccleſiaſtica.
8. De Noxis amathematizandis.
9. De Uſuris.
10. De Rerum Eccleſiaſticarum alienatione.
11. De Schiſmate.
12. De Scortatione, adulterio, inceſtu & ſimilibus, Regio Jure, ubicunq; in prædictis vel lege vel iuſta conſuetudine fiſco mulcta deberetur, illæſo.

II. Secundò conſtituit Rex & perpetuo ratum haberi voluit, ut Archiepiſcopi & Epiſcopi poteſtatem liberrimam haberent,

rent, cujuscunque ordinis ministros Ecclesiasticos creandi, tam ad eas quæ ab ipsis Regibus fundatæ vel dotatæ essent; quam reliquas, sine omni Regum aut alioqui laicorum præsentatione ut vocant & consensu.

Tertiò Rex omne jus & potestatem in Archiepiscopi 3
Nidrosiensis & reliquorum Episcoporum electione sibi & in universum omnibus secularibus vel laicis perpetuò ademit.

Quartò voluit Archiepiscopo liberum esse, ut 30. la- 4
stas (quas vocant) farris vel frumenti in Islandiam mitteret, quoties id annona pateretur: & præterea res alias quaslibet.

Quintò portorium unius cuiusvis navis ex iis quæ Islan- 5
diam peterent, sedi vel cathedræ Nidrosiensi indulsit. Hæc transactionis capita, à parte utraque jure juurando firmata sunt, ut perpetuæ legis loco essent posteris. Pro Archiepiscopo jurabant Andreas Asloensis: Arnerus Staffangrensis, Ascatinus Bergensis, Episcopi, & Ecclesiastici ordinis præterea quam plurimi. Pro Rege verò juramentum interposuere Regni Barones & Nobiles D. Andreas Plytur. Dn. Rognvaldus Dn. Bernhardus Erlingi F. Dn. Thorerus. Dn. Gauto. Dn. Audunus Hugleci F. Dn. Vigleicus Auduni F. &c. Actum Tonsbergæ die Laurentii, Anno 1277.

Anno 1280. Jonas Nomophylax, codicem L. L. Islandicarum à Rege M. concinnatum attulit. Quo etiam Anno Rex Magnus fatis concessit, relictis Erico & Haquino filiis.

III.

ERICUS MAGNI F.
Norvegiæ & provinciarum Rex.

EX relictis filiis major natu, patri ut reliquo Norvegiæ Regno, ita etiam in Islandiæ dominio successit; Ericus nempe ab Archiepiscopo Iona & 7. aliis Episcopis coronatus Anno quo pater decesserat. Huius nomine Dn. Lodinus Leppur & Ionas Islandiæ Nomophylaces juramentum fidelitatis ab Islandis exigebant eodem Anno 1280. præstitum. Iste Ericus præstahatare, dictus est: quasi μισόκληρος ob exiguam erga ministerium benevolentiam.

Anno n. quam Regnum adierat, quartò præbendarum Ecclesiasticarum jure, Episcopos Islandiæ spoliavit; contra patris & Archiepiscopi verenda sancita; pauló ante exposita: Unde & Anno 1286. plures ex Islandia peremptorie citari curavit.

Quomodo autem Rex Ericus cognominis sui rationem Norvegos docuerit, exemplo est magna tyrannis in clerum exercita. Præcipuè in Ionam Archiepiscopum Nidrosiensem, Asloensem, & Hamrensem Episcopos, quos in exilium diuturnum egerat. Quibus etiam ad curiam confugientibus Martinus & Honorius P. P. pro magno habuerunt negotio, ut per literas comminatorias, Regem in officio continerent.

Anno 1283. Margareta Alexandri Scotorum R. filia & Erici hujus N.R. uxor, amiculum prætiosum cathedræ Holensi in Islandia testamento legavit. Huius Nomophylax Erquidam successorem habuit Sturlam, An. 1284. Deinde Thor. 1290. Rursus Anno 1296. Nomophylacis munus & præfecturam Islandiæ adeptus.

An. 1285. visa est nova insula ab eo Isl. latere, quod lybonoto opponitur, ad quá insulam investigandam Rolfo quidá à Rege Er. missus est An. 1288. Qui An. 1289. ad istam navigationé suppetias ab Isl. exegit; An. 1295. mortuus. Nec contigit in annales nostros referri de nova illa terra quicquam ulterius

reper-

reperta ne sit & occupata, an secus: nisi quod à terræ isti⁹ vel plurimum forsan, inquisitione Rolpho prædictus cognomen traxerit, Landahrolfur: unde conjicere vix queo quænam sit illa Frislandiæ insula; nisi fortè illam esse putemus quæ hodie à quibusdam Frisl. dicitur, ad quam Nicolaus Zeno Venet⁹ " Anno 1280. (allii An. 1380.) naufragium fecisse perhibetur: de " qua re Johannis Myritii verba hæc sunt: Est & Frislandia in- " sula quoq; (cum Islandia) in hoc oceano sita, cuj⁹ apud Neo- " tericos Geographos, nulla fit mentio, præter quam unú Ni- " colaum Z. Venetum: Qui Anno C. 1380. variis diutinisq; in " hoc oceano jactatus procellis, tandem naufragus ad hanc in- " sulam Frislandiam appulit. Hic tradit hanc Insulam Re- " Regi Norvegiæ obedire, majoremque esse hibernia, eiusque " primarium oppidum eiusdem esse cum insula nominis inco-lasq; ut plurimum piscationibus rem facere. Capitur n. in e-ius portu tanta omnis generis piscium copia, ut inde multas onerent naves. Myritus in opusculo Geog. An. 1590. edito.)

Hanc Frislandiam Rumoldus Mercator in suâ Europâ delineavit. Nisi autem Mercator & forsan alii hanc Frislandiam in suis mappis delineassent, et si conjecturæ hic aliquis locus; Ego illam Zeni Frislandiam crederim esse Islandiam; & eum in lingua adeó peregrina similitudine nominis falsum, & ad Islandiæ littora naufragium factum esse. Cur a. id existimem ex ipsius narratione duo me movent: prius quamvis levius; de piscium copiâ, quæ & incolis sufficiat & extraneas multas naves oneret. Nam ijsdem ferè verbis Isl. piscatum, scriptores tradere solent. Alterum; quod illa Frislandia aliqua talis extaret, non tamen historiæ rerum Norvegicarum est consonum: quæ insulam in isto mari Island. Norv. Regi subjectam præter solam Island. nullam agnoscit. Nam Grønlandia Regibus Norvegiæ olim parens, versus lybonotium magis sita; ut situ sic nomine multum ab Islan-

dia differt. Terram vero Landa Rolfoni quæsitam existimarem esse Vinlandiam, olim Islandis sic dictam; de qua alibi insulam nempe Americæ è regione Grønlandiæ, quæ fortè hodie Estotelandia &c.

Sed cum Rumoldus & si qui alii Frislandiam suam non solum commemorent; sed etiam à situ utroque plenius describât, pro montoriorum sinuum & habitationum, aliorumque locorum propriis nominibus appositis; verisimile est eos, alia quam Zeni illius narratione ad rei cognitionem niti: Quorum idcirco sententiam in dubium vocare non magnopere conor. Quod si ista Frislandia talis sit & Islandiæ quam aliæ terræ vicinior; eandem Landa Rolfonj quæsitam statuemus.

Anno 1289. in Scania hostiliter grassante Erico Norv. R. Arnerus Episcopus Scalholltensis & Raffneris Ottonis E. A. comites fuerunt, in qua expeditione Raffnerus vulnere lethali accepto moritur. Ericus verò ut re bene gesta, proximo paschate diademate Regio præter morem in publico insignitus triumphavit.

Anno 1291. redit ex Norvegia Arnerus Scalholltensis Episcopus jure præbendarum Ecclesiasticarum, clericis restituto. Id enim gratiæ apud Regem meruerat; dum per annos aliquot aulam sequutus est. Quod præbendarum jus postea per decretum Regium declaratum & confirmatum est in hunc modum; ut Laici earum tantum Ecclesiarum potestatem & jus haberent; quarum ipsi fundos dimidios vel ultra possiderent. Reliquæ omnes in Episcoporum manu & potestate essent. Datum Agwalldsnes in festo ex allatæ S. Crucis, Anno 1295. per manus Finnonis & Ionæ; Hujus amanuensis, illius secretarii.

Anno 1296. peregre abeunte Erlando Nomophylace, Theodorus quidam codicem L. L. in custodia habuit. Quo etiam

etiam Anno Monasterium Modruvallense in Islandia Boreali, auspiciis Iorundi Episcopi Holensis fundatur. *Monasterium Modruvall.*

Anno 1297. obiit diem Theodorus Thorarini F. E. A. Island. qui insulæ præfecturam aliquot retro Annis gesserat.

Constitutiones & leges Islandorum eorundem rogatu Rex Ericus alias mutavit, alias auxit; quæ in eiusdem ad Islandos diplomatis exemplari leguntur congestæ. Cuius tale est exordium.

Ericus Dei gratia Norvegiæ Rex, Magni R. F. omnibus " Islandiæ incolis salutem, Thorlacus Nomophylax vestras, ve- " stram nobis petitionem exposuit, de codice L. L. Isl. alibi au- " gendo, alibi mutilando & mutando. (Vide obiter quam non fuerint prima illa legum conformatione à Magno huius parente facta contenti Islandi ut etiam eandem curam à filio suscipi voluerint (Quocirca has sequentes constitutiones in vestrum bonum sancire voluimus. Conclusio. Actum Re- " gni nostri Anno XV. hoc est, Christi 1295. "

Sunt præterea aliæ constitutiones, quam quæ illud diplomatis Regii exemplar congestæ sunt, Erico Norv. R. adscriptæ, quarum auctor distinctius non adnotatur. Quas omnes ad hunc Ericum retulero: siquidem Norvegici Sanguinis Regem Ericum præter hunc nullum Islandia aut Norveg. post Annum deditæ Islandiæ habuerit. Obiit Anno 1299.

VI.

HAQVINVS MAGNI F. Norvegiæ & provinciarum Rex.

Cum Haquino in locum fratris substituto, ante præstitum homagium, Islandi à fratre Erico, forsitan non servatis à

Regiâ parte conditionibus deditionis, lęsi, sic quodammodo quasi expostularunt.

In nomine S. Trinitatis Amen.

„ EX communi & rato omnium nostrum consensu, obse-
„ quium nostrum, honorando semper Regi coronato Ha-
„ quino, benignè & promptè deferimus, iis conditionibus ser-
„ vatis; quæ antea inter Regem Norvegię & Islandos in trans-
„ actionem ex pacto adscita fuerant. Tributum enim annuum
„ & reliquam audientiam legibus circumscriptant, haud inviti
„ præstabimus, si modo privilegia nobis vicissim concessa ob-
„ tineamus. Primùm ne qui nostratum ad peregrinum tri-
„ bunal trahantur; nisi judicum nostrorum autoritate & sen-
„ tentiis excedere jussi. Secundò ut Nomophylaces & præfe-
„ cti ac judices provinciales (Syslumenn) non nisi indigenæ & inquilini constituantur. (Id ipsum in R R. & Principum inaugurationc alias nationes diligenter cavisse animadvertimus; cujus rei utilitatem & necessitatem res ipsa loquitur) Tertiùm est de mercibus advehendis; quibus maximè indigent incolæ.

Quartùm de hæreditatibus Islandis in Norveg. fortè ob-
„ tingentib9 à Norvegis non obstinatè retinendis, legitimo hæ-
„ rede, etiam post quodlibet temporis intervallum poscente.
„ Quintùm ne Islandi portoria solverent.
„ Sextùm, ut Islandi in Norvegiâ constituti jure & privi-
„ legiis fruerentur, ut cum optimis.
„ Septimùm, ut Rex Islandis jura patria sarta tecta con-
„ servaret; omniaq; sanctè servaret, quæ majores ipsius per li-
„ teras & diplomata Islandis recepissent.
„ Octavùm, ut Rex insulæ Ducem præficeret. Quibus
„ conditionibus non servatis Islandi quoque à fidelitatis juramento solutos & immunes esse se affirmabant.

Hæc

Hæc non verbotenus, sed capita tantum excipiendo scribo, quód apographa tantummodo habeam; neq; hic liquet, quo Anno homagium Regi H. præstitum sit, &c. Certè Anno 1306. tres una salutabantur in foro magno insulæ Nomophylaces: Qui etiam de tributo Regi dando tres sententias invicem diversas, proposuerunt: iis Hauco, Snorro, & Gudmundus nomina; Unde verisimile est, ad illum usq; annum, inter Regem & provinciam non prorsus convenisse. Anno tamen 1310. Rex Haquinus præter varii generis ornamenta, ligneam materiem, ad ędificationem templi Scalholltensis, Anno 1309. fulmine percussi & conflagrantis, magnâ copiâ largitus est.

Anno 1306. Grønlandia cingit præter solitum totam Island. ut & postea 1320.

1308. Nosocomium Clericorum in Gaulwerjabæ/ ab Arnero Helgonis f. Episcopo Scalholt. Anno 1304. initiato, & Haucone Nomophylace fundatum, postea exolevit.

Terræ motus in meridionali Islandia, rura, pecudes, homines pessundans. Anno 1313. defunctus est vitâ Jorundus Episcopus Holensis: Cumq; fundatore nempe suo monasterium Modruvallense, conflagratione periit.

Jorundum Audunus excepit: Qui pontificis bulla instructus, suppetias ad bellum Ierosolymitanum colligere jussus est Anno 1314. Quo etiam Anno Cetillus quidam novas Regis Haquini constitutiones attulit.

Anno 1316. creantur ab Haquino Rege XXV. Equites aurati: in quibus Ericus Svenbernonis f. & quidam Gudmundus, Islandi.

Anno 1317. Snorro Nomophylax & Anni sequenti templum Scalhollense tempestate collapsum ruit.

Constitutionum R. Haquini circa LL. Islandorum tale exordium fuit.

Haqui-

„ Haquinus D.G. Nor. Rex Magni Regis filius, omnibus
„ Islandiæ incolis S. scripsistis ad nos de juris vestri constitu-
„ tionibus, quæ ad salutem Reip. spectant; petentes easdem
„ in quibusdam mitigari nostrâ indulgentiâ. Quia autem be-
„ nevolentiam & obsequium vestrum sæpius nobis fideliter
„ probastis, vos isthæc quæ nunc mittimus, inque has nostras
„ collegimus, sic sancita habere volui, dum etiam plura, quæ
„ usus postulare videatur à nobis adjungantur. 1. Ex nostris
„ si quis in Islandia deliquerit: ibidem plectabatur. Similiter
„ si in eos quis delinquat, reus læso satisfacere cogatur, idque
„ ante 3. Calendar. August. (ne scilicet navigatio & reditus in
„ Norvegiam impediretur) præfectus verò judicii, si hîc cess-
„ santior aut negligentior fuerit ipse pro reo plectatur. 2. Sce-
„ leratus judicis ordinarii manus effugiens etiam in alterius
„ territorio luat, vel ad suum ordinarium judicem reducatur.
„ Actum Tonsbergæ, Anno Regni nostri 6. h.e. C. 1306. per
manus Simonis Thorsteini Scribæ, & Dn. Akeri Cancella-
rii. Proxima est constitutio Anni 1311. Fer. 2. Nativ. Dn. con-
tra munera judicem corrumpentia. Igitur contra adulteros
& adulteras in casu quodam hæreditatis adeundæ, pondero-
sum decretum. Actum Nidrosiæ die S. Crucis exalt. Anno
1313.

Item de fori generalis frequentatione Anno 1314. Do-
minica Trinit. loco Angwaldanes.

„ Rursus aliæ Haquini R. ad Islandos literæ.

„ Haquinus D. G. N. R. Islandos S. Regius ille favor quo
„ subditos omnes ex officio debitè complectimur, & in his et-
„ jam vos postquam amorem & observantiam erga nos ve-
„ stram declarare cæpistis; legum vestrarum & justitiæ teno-
„ rem solicitè curare nos cogit. Quocirca adhibitis ex nostris
„ optimis & sapientissimis quibusq;, hæc quę sequuntur, vestro
bono statuere decrevimus.

Con-

Conclusio.

FAxit Deus uti hæc statuta servetis ad gloriam redemptoris " nostri Jesu Christi, quod cum honore nostro & successo- " rum, vestra verò utilitate conjunctum fiet. Actum Tonsber- " gæ, Anno Regni 15. (h. e. 1315.) 11. Cal. Jul. per Ionam Mur- " ta Scribam & Dn. Bernhardum Auduni f. Secretarium. "

Ad huc constitutio ejusdem circa jus canonicum Islandorum.

Haquinus D.G. Nor. R. experientiâ didicimus Nomo- " phylaces vestros, nolle in causis vel controversiis, quæ Eccle- " siam spectant quicquam statuere vel judicare: eo quod in co- " dice jus tantum politicum & seculare; non verò canonicum " canonicum seu Ecclesiasticum habeant. Nobis verò cum " nostris Ecclesiasticis hactenus à curis aliis, tantum temporis " vacuum non fuit, ut iis rebus adesse, aut jus canonicum pro " usu hujus regni concinnare, licuerit. Cui tamen interim ni- " hil minus placet, quàm ut sacra Ecclesia, vel ipsius antistites " suo jure priventur. Quocirca Nomophylacibus & omnibus " reliquis jus canonicum vetus illud quo hactenus usa est Islan- " dia, commendamus & imperamus. Non tamen illud quod " parens noster R. Magnus; nec quod huius coætaneus Ionas " Nidrosiensis antistes tulerunt; sed jus inquam canonicum I- " slandiæ, his antiquus, apud vos obtineat, & locum habeat mã- " damus: utq; ex ipso, judices legitimi sententiam ferant, vo- " lumus; ita tamen ut omnes mulcta pecuniaria, dimidia sui " parte imminuta servetur. Quod si in eodem jure can. veteri " adhuc aliquid desiderabitur, vos id nobiscum communicate " & vestram mentem de singulis perscribite; ac in primis Epi- " scoporum & Cleri sententiam; cum reliquorum censuris & " opinionibus; qui quid Reip. vestræ ex usu sit, quid regio, quid " gens ipsa ferat æquâ lance perpendunt. Act. Bergis in Vigilia " S. Olai Anno.

Hic quæritur quodnam sit illud jus canonicum antiquissimū, quod Islandi hoc Regis decreto sequi & servare jubentur? Ex bulla Martini, itemq; Honorii P. P. ad Ericum Misoclerum missa, patet, (id quod superius quoq; attigi) antequam inter Regem & Ecclesias convenisset, Regem ad suum arbitrium & Ecclesiasticos ad suum canones formasse: & hi sunt quorum hic alii Magno R. alii Ionæ Archiepiscop. adscribuntur, quibusque Islandis per præsens decretum interdicitur.

Quare de antiquioribus illis, hæc mea est sententia; esse videlicet constitutiones fori Ecclesiastici, à Thorlaco Brunulfi Scalholltiæ & Catullo Holensi Episcopis, latas: accedentibus reliquorum magnatum suffragiis & consensu; utpote Bergthori Nomophylacis & aliorum consilio valentium & prudentiâ: tandem etiam Assveri vel Ossuri Lundensis in Dania Archiepiscopi auctoritate stabilitas circa Annum 1122 qui Annus ad dictorum Episcoporum tempora lib.1. annotatus reperitur. Atque has rear esse canones istos, quos etiamnum antiquos, Kristinriet hinn helga. appellamus. Nam quos novas vocamus Ionas Archiepiscop. Nidros. autorem habuisse circa Annum 1280 scribuntur.

Anno 1319. sublatus est viuorum numero Rex humanissimus, Haquinus ad nulla subditorum æquiora postulata difficilis.

V.

MAGNVS ERICI F. *Norvegiæ & provinciarum Rex.*

HIc prædecessoris erat, ex filia nepos, patre Erico, Sveciæ Duce nat9, *Clementis vel Boni* cognomen adeptus. Cuius nomine jam pueri, cum Anno 1319. fidelitatis juramentum

ab Islandis exigeretur tale responsum dabant. Prudenti & honorando Norvegiæ senatui S. exposuit nobis senator vester Gunnerus (studium suum & fidem quam maximè erga Regiam maj. hoc ipso declarans) cuiusmodi juramentum à nobis nomine inaugurati Regis Magni, Haquini defuncti nuperrimè Regis ex filia nepotis, exigatis tale nempe juramentum, quod ipsius olim majoribus à nostra parte præstitum esse constat: Cujus conditiones à parte Regia servandæ, præter alias alibi commemoratas etiam hæ fuerunt.

1. De mercibus in usum incolarum quotannis advehendis.

2. De Nomophylacibus & aliis legum præfectis inquilinis non extraneis; iisq; delectis; (non obtrusis.)

3. Ut duo una essent Nomophylaces; qui tamen simul judicum provincialium munus nequaquam gererent. (Quibꝰ duobus nemo non videt gravissimam subesse causam. Nam quam laudabiliter extranei, linguæ & legum etiam ignari judicis munus obire quæant, res ipsa loquitur. Deinde cum Nomophylaces ad accurratiorem provincialium judicum inspectionem ordinati sint; inordinate iidem utrumq; Magistratum simul gerunt: Nec enim in seipsos animadvertere solent, ut alia taceam incommoda huic sequuta.)

Quibus postulatis vestris respondemus.

« Nullam à nobis occasionem veteris pacti violandi, consultò datum iri, id poscere tamen vicissim, ut privilegia nobis à Regiâ parte condicta, inviolate etiam serventur: sin minus fidei sacramento erga Regem Nor. nos haud amplius teneri statuimus. Ad vetera etiam privilegia illud accedat petimus, ut Magistratus nostris suffragiis creari debeant: (ne cuiquam à Rege vel Regiis, Magistratus nomen & munus, ut fit mercari liceret.)

 Ipsum

„ Ipſum verò quod poſtulatis fidei ſacramentum, tantisper differre certum eſt nobis, dum Regium diploma, cum Regni appenſo ſigillo vetera & nova privilegia nobis confirmans, nobis à veſtra parte afferatur.

Hinc Anno 1321. Cetillus quidam E. A. Regis nomine, Islandos in fidem juratam ſuſcepit.

Anno 1320. moritur Arnerus Epiſcopus Scalholl. & itidem alius, Ormerus quidam in huius locum deſtinatus. Inde Grimerus quid: Norvegus, ad cathedram Scalholltenſem deſignatus, exiſtimans ſe ad voluptates modo electum magnā pecudem vim [iij ᶜᶜ] brevi temporis ſpatio, genio indulgens perdidit, Epiſcopi tantum titulo turgidus, qui à notabili illa pecudum mactatione & lanienâ dictus eſt Scurdgrimur: Quod monſtrum Deus noluit in Islandiam pervenire vel animarum curam ſuſcipere: Nam illicò adhuc in Norvegiâ agens, voluptates interitu commutavit.

Tandem igitur Ionas Heliodori vir doctus & integer ad Scalh. Eccleſiam ordinatur Anno 1322. cum paulò poſt Laurentius Holenſis Epiſcopus fieret Anno 1324. Quo Epiſcopo Arngrimus, quidam Organon Muſicum templo Holenſi, ad ſacrorum uſum intulit Anno 1329. Anno 1321. urſi nivei orto cæduntur.

Præſens hic N. Rex Magnus, majorum exemplo conſtitutiones quasdam in Islandiam immiſit circa Annum 1330. & aliâs. Quibus præcipuè ad conciliandum Eccleſiaſticum & civilem ſtatum, jus canonicum antiquum & avi ſui Haquini R. conſtitutiones de eadem re urget & inculcat: ubi etiam potiſſimum Epiſcopos & Equites A. Islandiæ compellat.

Anno 1331. panni Islandici vilitatem emendari jubet.

Anno 1350. fraudem in decimis commiſſam diplomate corrigit: itemq; alias alia decreta tulit: præcipuè verò Laicis,

cis, Ecclesiarum nomine sese opposuit, ut cum pro Ormero Holensi Episcopo ternis literis cum Islandis egit.

Primùm Anno 1346. cum prædictum Ormerum & omnia ad ipsum & cathedram Holensem spectantia, diplomate adversus quorundam injuriam munit: eundem cum omnibus suis in Regiam protectionem & tutelam sumendo, ac magnis viris quibusvis in patriâ commendando: bonis & humanis favorem Regium pollicitus; Reliquis sævissima quæq; minatus. Ad hæc etiam (quod & à sequentibus Regibus quibusdam factum constat) dicto Episc. indulget suorum subditorum noxas omnes, infra confiscationem bonorum, & cædes capitales aut æqualia crimina. Actum Asloiæ, die veneris Festivitatem D. Gregorii proxime sequuta. Anno C. ut supra, h.e. Regni 27.

Secundùm, Anno 1350. literas objurgatorias & expostulatorias pro hoc Episcopo ad incolas mittit Rex M. atq; hos nominatim peremptoriè in Norveg. citat. Benedictum Colbeini f. & Benedictum filium Colbein. Geyxonem de Seylo/ Nicolaum de Flatalungo / Arnerum de Silfrastodum / Magnum de Svalbarde/ & huius generum Sigvardum, Petrum Nomophylacem, & huius filium Calfonem. Actum Bergis anno ut supra.

Tertiùm, Anno 1355. Mulctas gravissimas inobedientibus irrogat. Actum Bergis An. &c. ubi etiam id notavi, quod hic Magnus Norv. simul & Sveciæ ac Scaniæ Regis titulum gesserit.

Anno 1350. Partitus est filiis imperium Haquino Norvegiam, Sveciam Erico addicens. Sibi verò Halogiam, Norveg. provinciam, Islandiam, Ferogiam, & Hetlandiam reservans.

Anno 1330, Pontifex ab Islandis Ecclesiæ nomine suppetias rogat.

Anno

Anno 1331. 2. Januar. Gunlaugus quidam Thorvardi, Thorm. filii uxorem ſcelerato adulterio polluerat: qui inſuper viro clandeſtinam necem intulit; idq; conſcia & cooperante uxore mæchâ: Qui propterea (mæchus cum mæchâ) vivi inhumantur.

Quod idcircò hic annotavi, ut videant moderni, quo Zelo, quod rigore majores noſtri, ſcelera puniverint.

Anno 1332. Egillus Holenſis Epiſcopus.

Anno 1335. Archiep. Nidroſ. Eccleſias Islandiæ, ad uſus pontificis, ut ipſe prætendebat, bonis non nullis emungit. Hujus Anni Petrus Nomophylax.

Anno 1339. Terræ motus notabilis Islandiam meridionalem qualit, collem quendam vel monticulum funditus evertens & alio inverſum transferens. Non ita procul fons aquæ ferventis erupit. Vlnas 70. longus & totidem latus. Eodem temporis momento, in Norvegiâ, tertæmotus rura & habitationes ruſticas 50. evertiſſe ſcribitur, in loco qui vocatur Gaularås.

Crebræ ignis Heclenſis eruptiones, ut & aliunde etiam ex ipſis aquis vel mari ad promontorium Reykjanes factæ, & alibi annotatæ, nullam hic diſtinctionem requirunt.

Anno autem 1341. Heclæ incendium præcipua damna dedit, pecudibus & habitationibus ruſticorum vicinorum.

Ionas Indridi f. Epiſcopus Scalhollt.

1342. Botolphus Andreæ f. Islandiæ præfectus.
1343. Jonas Sigvardi f. Epiſcopus Scalhollt.
1345. Ex undis emerſit inſula quædam vel rupes antea nunquam viſa in ſinu Breidafiord.
1358. Ionas Scalle Epiſcopus Holenſis.
1352. Gyrderus Epiſcopus Scalhollt.

1360. Fa-

1360. Faber quidam nomine, Islandiæ præfectus constituitur. Qui cum ob Tyrann & enormia flagitia sæpius designata incolarum animos infestos sibi haberet, matronæ cujusdam impulsu. Cum Grundara, qui est pagus Eyfiordensis in Boreal. Islandia venisset, orto tumultu cæsus est cum aliquot suis Anno 1361. in eo tumultu Ionas Guttermi cognom. Skraweisa Islandiæ perniciosus Nomophylax & perniciosi Satrapæ, Fabri illius, assecla, occubuit.

Anno 1362. Thorarinus Episcopus Scalholltensis.

Anno 1362. Thorsteinus Eyulfi magni nominis vir inter Islandos, cum sociis captus est in Hallandiâ Danorum; ac à Magno N. Rege. Anno 1363. liberatus; cum Magni filius Haquinus, cum D. Margaretâ Valdemari Danorum R. filiâ nuptias celebraret Hafniæ.

Anno 1364. Redit in Islandiam idem Thorsteinus, Islandiæ Orientalis & Borealis Nomophylaciam gerens, Olao quodam judicis provincialis munus ibidem obtinente: cum Thorsteinus vicissim in meridionali & occidentali Islandia provincialis judicis officio fungeretur; ubi scilicet, dictus Olaus, Nomophylax salutabatur. Ita enim transactione illa inter Regem & subditos cautum erat; ne idem simul Nomophylacem & judicem provincialem ageret. Eam nempe ob causam quam supra tetigi.

Anno 1365. Magnus N. Rex in Sveciam captivus adductus, Islandiæ quoq; Rex esse desiit.

Bullam pontificis, Insulæ præfectus, Ivarus Holm attulit, de qua præterea nihil annotatum extat.

VI.

HAQVINVS MAGNI F.
Norvegiæ & provinciarum Rex.

In

IN carcere detento Magno Nor. Rex Islandiæ dominium, à novis Islandiæ præfectis, Ormone Snorronis F. & Andreâ Gislai, filio Haquino, judiciali formâ addictum est. Anno 1366. Cuius Regis literæ decretales ad Islandos Anno 1370. extant, de casu quodam hæreditario, de quo Ormo Snorronis Nomophylax paulò anteà ad Regem & Senatum retulerat.

Hic ex D. Margareta filium Olaum suscepit.

Anno 1367. abiit peregre Thorsteinus Eyulfi & veterem dominum R. Magnum in Svecia captivum invisit, à quo dum in Norvegiam revertitur, à Lubecensibus ibidem grassantibus capitur 1368. atq; Lubecæ ab initio Maii ad exitum fere Julii Mensis in custodia detinetur. Deinde jussu Alberti Speciæ Regis dimissus, Anno 1369. totius Islandiæ Nomophylax à Norvego constituitur. Et Anno 1377. peregrè abit.

1373. Oddgeirus Episcopus Scalholltensis.

1337. Ex minutissimo Balenarum genere, quas Hnydingia vocant, ad littus Helgafellense, vivo impetu 1700. appulerunt, ut & Anno 1376. sexcenta, & Anno 1377. octingenta.

VII.

OLAUS HAQUINI F. *Daniæ, Norvegiæ & provinciarum Rex.*

OLaus Haquini N. Rex ex D. Margareta filius, Quamvis Anno 1370. vivo adhuc patre Daniæ Rex designatur; tamen à parentis demum funere Norveg. etiam Regnum obtinens.

Anno

Anno 1381. poſt biennium, homagium ab Islandis exigit. 1383.

Privilegia & immunitates, ab hoc Rege, ſubditis & præcipuè Eccleſiaſticis (ſi modo ad omnes, pro ſuo quoslibet ordine & ſtatu Regnorum incolas ſpectarunt) conceſſæ; in celeberrimo, Magnifici D. Arnoldi Huitfeldii opere rerum Danicarum Chronologico leguntur.

VIII.

MARGARETA VALDEMARI F.

Daniæ, Sveciæ, Norvegiæ & provinciarum Regina.

CVm in vivis eſſe deſiiſſet Rex Olaus, Norvegiæ Regnum (ac proinde Islandiæ & reliquarum provinciarum dominium) ad D. Margaretam, Semiramidem Danicam, à quibusdam appellatam, defuncti Regis matrem devolutum eſt. 1387.

Hujus conſtitutio apud Islandos extat, de ſatisfactione, quæ fit pro cæde obærati: an ad hæredes cæſi? An verò ad creditores ejusdem debeat? item de bigamiâ & aliis quibusdam.

IX.

ERICUS POMERANUS

Daniæ, Sveciæ, Norvegiæ & provinciarum Rex.

DIva Margareta; quæ Anno 1412. terras morte reliquit; Ericum Pomeranum ex ſorore Nepotem Anno 1397. in ſocietatem trium Regnorum admiſerat. A materteræ porro funere Ericus Annos 26, Norvegiæ &c. Rex ſalutabatur.

Hic Iohannem Holenſem Epiſcopum; peculiari diplomate, quo maiorem in modium privilegia Cathedræ Holenſis, augentur & confirmantur Islandis commendat Anno 1415. Actum Slauloſiæ 5. Sept.

Anno 1390. Rafnerus Botulfi f. Nomophylax de Iongulyd / cum familiâ & habitatione hiatu terræ abſorbetur.

1394. Vilhelmus alias Vilchinus Epiſcopus Scalh.

1400. Vigfuſo inſulæ præfectus annos natus 15.

1402. Arnerus cogn. liberalis vel munificus hiñ milde / Epiſcopus Scalh. vice Epiſcopus Hol. & ſimul iuſulæ præfectus, in Norvegiâ à Sicariis interficitur.

1423. Balthazar Islandiæ præfectus.

1427. Rafnerus Gudmundi f. de Ofrido in Reykiadal / Nomophyl.

1431. Thorſteinus Olai Islandiæ orientalis & meridionalis Nomoph.

1432. Jonas Vilhelmi Epiſcopus Holenſis, & Ionas Gericſſon Svecus Epiſcopus Scalh. Culeo inſutus & in fluvium Bruarai projectus.

Ericus Regnis exceſſit Anno 1437. mortuus 1415.

X

CHRISTOPHORVS BAVARVS
Daniæ, Sveciæ, Norvegiæ & provinciarum Rex.

REgni Norvegiæ diadema accepit Aſloiæ 1442. Quo Anno Gotſcalcum primum Holenſem Epiſcopum, Cathedram & ipſius colonos, familiam privilegia & immunitates veteres omniaq; ad Epiſcopum vel Cathedram ſpectantia, Regalis protectionis bullâ communivit &c. Actum Aſloiæ, ſabbato infra octavas viſitationis beatæ virginis &c. 1488.

CHRI-

XI.

CHRISTIANUS I.
Daniæ, Sveciæ, Norvegiæ & provinciarum Rex.

PRoveniemus ad novum stemma Regum nostrorum, unde Islandiæ nova & summa felicitas affulsit; id quod per Annorum seriem consequenter memorandum venit.

Ex comite Oldenburgensi trium Regnorum Princeps evadens Christianus I. in Regem Norvegiæ coronatur 1450. die S. Olai, qui est Iulii 29. Quum paulo ante omnibus Regno Norv. subditis (ac proinde etiam Islandis antiqua privilegia & immunitates tàm Ecclesiasticas quàm politicas sanctè confirmasset.

Wi wille halde allum Norgis monnum disse efftersiffne article privilegier och freihder / i alle maade Stadeligen och vbrodeligenn. D. Arn. Huitfeld, Chron.

1. At Norgis Riigis Indbyggere Schulle Nyde derris low frihed och kongelige Retteboder / och den helige Kyrke sin frihed och privilegia etc. & reliqua quæ apud Dn. A. Huitfeldium fidelissimè descripta leguntur in Christian. I.

Speciatim etiam nostram Rempub. non Regio tantum scil. mere prterno studio (nam Rex pater esse suis debet) cura dignatus est: quod ex pluribus sancitis & constitutionibus ipsius, Islandis datis liquet, quæ in unum diploma congestæ apud Islandos adhuc leguntur. Christ. I. Diploma ad Isl. Ubi primum à Regio favore, quem erga Islandos antecessores sui habuerint, & ipse etiam eorum exemplo habeat, ac ab officio sibi divinitus concredito & curâ de subditis gerenda, exorsus. I. Imperat ut Magistratus politici legum & justiciæ sint amantes; Nec se vel amore vel odio, muneribus aut quacunque re aliâ corrumpi sinant. Sin verò contingat quempiam, injuriam Ma-

giſtratuum apud Regem jure conqueri, ſancit ut iidem judices officio, mox privati 13. marcarũ mulctâ, in fiſcum luant, & parti læſæ omnes ſumptus ob judicis illius injuriam factos refarciant;

Hujus decreti executio ſi hucusq; fuiſſet ſervata, melius profectò cum multis in patria actum eſſet; & Regibus noſtris rarius de rebus noſtratium, moleſtiæ exhibitæ. Eſt autem juſtiſs. conſtitutio & cum D. Chriſtiani III. ſancitis, ac aliorum ſapientiſſimorum Principum ſtatutis congruens.

II. Diſſidia, ſeditiones, rapinas graviter coercet.

III. Vetat bona mobilia & immobilia quæ in alterius ſint poſſeſſione, ſine juridico proceſſu invadi, ſub pœna exilii & bonorum confiſcatione.

IV. Ditiorum comitatibus modum & metam ponit, tàm domi, quàm foris.

V. Magiſtratui utriq; cavet, & ſubditorum contumaciam reprimit.

VI. Contra eos ſtatuit; qui juridicas actiones refugiunt; ſeq; judicio variis fallendi modis & pertinaciâ ſubducunt.

VII. Ne qui exilii reos protegant.

VIII. Conjugii quibusdam incommodis occurrit.

IX. Contra plagium.

X. Sancit ne Angli aut Hiberni ſine permiſſu Regis Daniæ Iſlandiam petant.

XI. Ne Epiſcopos extraneos ſeſe temere ingerentes recipiant [Mattheus enim quidam, titulo Epiſcopi id temporis in Norvegia vagabatur]

XII. Ut ſigilla niſi melioris notæ viri, nulli haberent.

XIII. Contra monachatum.

XIV. Ne quis judicis vicem aut cauſę cujuslibet cognitionem, legitimè vocatus recuſet. Actum Haf. poſtridie B. Catharinæ virginis. Anno &c.

Anno

Anno Godsvinus Episcopus Scalhollt. 1445.

1446. Einarus Torleifi, insulæ præfectus.

Gotscalcum, I. Holensem Episcopus qui Christophoro adhuc Daniæ Rege Cathedram adierat. Christianus. I, literis protectoriis munivit: Unde ipsius erga ministerium benevolentia commendatior extitit; literæ sic habent: quas etiam propter stylum seu linguam ab his temporibus diversam nonnihil, ex autographo adscripti.

Wi Christian medt Gudz Nadt Danmarchs/ Norgis/ Wendis och Godos Konning / Greffne j Oldenborg och Delmenhorst. Gióre vitterligt alle menn / ad vi aff Serdeiis naad och godwilge Haffvir tagidt och vndfangitt/ och tage och vndfange med disse vore opno breffve / werdig fader med gud Bisp Gottskalk aff Island / warnade hands och tienere / och allt Hans goß laust och fast som hand nu æger eller ægendis werder/ j minne luth och mere / j vore Kongelige være och værnd och Bescermelse/ad fordachtinge och forsnare til alle rette maale for horjum Manne.

Item, Haffne wi af vor Sunderlig gunst vnt och tilladett forne værdige fader Bisp. Gottsc. att hans Skib maa sigle thil Bergvin / och andre steds j vort Rijge Norge medt hans goß huor hand wil och hannom behoff gioris frii och friels och allungis quitt for nogen toll / Seckiegielld eller nogre andre Sckatta vth ad giffve 2c. thi for biude wj alle ehnó hellst the ere eller være Kunde / Suaderlige voris fogette och embuzmend forne værdige fader Bisp. Gottskalk Skib hans goß varnade och tienere/ her j mod at forhindre eller hindre laade / talma/ eller j nogen made wforrette / vnder vor Kõnglig hefnd och vræde. Datum ex castro nostro Hafniensi sabbato proximo ante festum Benedicti Andreæ Apostoli, nostro sub secreto. Anno 1450.

1450. Torfo Arasson insulæ præfectus.

1452. Helgo de Ofrum/ Nomophylax.

1453. Latrones publici numero 17. juxta Cænobium Reynenes supplicio affecti.

Godsvino Episcopo Scalh. successit in reditus Ecclesiæ quidam Marc. quem annales nostri quidam in Episcoporum catalogo negligunt, sine dubio propterea, quòd is Islandiam nunquam attigit, aut sedem adiit Scalholltensem: sed per Gottscalcum Holens. Episcopum reditus Ecclesiæ Scalholl. collegit; ipse in Nor. ampliora stipendia occupans.

Huic Marcello dictus Gottscalcus pro introductione ad Hol. Episcopum deputatam pecuniæ summam exolvit: quod ex hac Apocha discimus.

Marcellus Dei gratia Episcopus Scalh. S. Nidrosiensis „ Ecclesiæ, postulatus, fructuum, redituum, & proventuum „ cameræ Apostolicæ, per Regna Daniæ, Seciæ & Norvegiæ „ collector generalis, per sedem Apostolicam specialiter depu- „ tatus; universis & singulis præsentes literas nostras inspectu- „ ris sive legi audituris: & quorum interest sive interesse poterit, „ quamlibet in futurum, ad notitiam deducimus & deduci vo- „ lumus per præsentes ac recognoscimus, quod nos Anno Dn. „ 1450. die 24. Mensis Novemb. in oppido Hafniensi Roscil- „ densis recepimus centum, decem & novem Lothones argen- „ ti, ponderis Coloniensis & Lubicensis. Quorum unus Loth „ valet solidos Lubicenses duodecim, monetæ Hafniensis. Da- „ tos per Rever. in C. Patrem Dn. Gottscalcum, eadem gra- „ tiâ Episcopum Holensem, ratione N. suæ primariæ introdu- „ ctionis ad Ecclesiam Holensem, pro quâ tenebatur cameræ „ Apostolicę in triginta nobilibus aureis. Super quibus præfa- „ tum Dn. Gotscalcum Episcopum & suos hæredes ac succes- „ sores, nomine dictæ cameræ Apostolicæ, quittamus & quit- „ tos facimus, per præsentes &c. In quorum omnium fidem & „ testimonium, præsentes literas nostras fieri fecimus, & sigilli

nostri

noſtri rotundi appenſione ac ſuperſcriptione notarii noſtri, »
fecimus communiri. Dat. Anno Dn. menſe, die & loco, qui- »
bus ſupra.

Quia verò ut dictum eſt, Marcellus ſedem Scál. adire neglexit; eandem ex ditioribus quidam, Biorno Torleifi, invaſit & occupavit: Ad quem abigendum, & bona omnia Eccleſiæ, ſubductis rationibus, recipienda, dictus Gotſcalcus Holenſis Epiſcopus à Marcello & Henrico Nidroſienſi Archiepiſcopo, adeoque ab ipſo Rege Chriſtiano I. plenariam poteſtatem accepit.

Anno 1453. prout literis eorundem ad Islandos datis, declaratur. Marcelli quidem quibus ſe Epiſcopum Scalholl. poſtulatum Nidroſienſis Eccleſiæ & ſedis Apoſtolicæ legatum profitetur. Actum Haf. die ſancti Benedicti, Anno 1453.

Henrici verò Archiepiſcopi Nidr. literæ datæ Bergis die Marci Evangeliſtæ Anno eodem.

Quibus majorem in modum de Laicorum vi & audacia S. Eccleſiæ ſedem & bona invadentium conqueritur, & prædictum Biornonem niſi volens cedat & proventum Eccleſiæ, inde ab obitu Goſvini, juſtam rationem reddat, anathemate feriendum cenſet.

Aſt Regis Chriſtiani I. de eadem re diploma, ad Islandos datum ex caſtro Haf. die S. Gregorii Papæ: Anno ut ſupra.

Quo Rex primum agnoſcit Islandos, in fidelitatis officio ſervando conſtantes manere; hortatumq; ut contra molientes, reprimant declarando ſe condignis præmiis utroſq; affecturum; ſimulq; Marcellum & huius vicarium Gotſcalcum iisdem ſtudioſe commendat. Ad hæc rogat; ut ſe Anglis in Islandia portoria & alias exactiones præfecto Regio denegantibus, Islandi opponerent.

Anno

Anno 1457. Biorno Thorleifi, quem ſedem Scalholtt. Epiſcopis vacuam occupaviſſe diximus Islandiæ præfecturam adeptus eſt, Qui quid à Scotis & Anglis paſſus ſit & quomodo eas injurias Rex Daniæ vindicaverit, apud Dn. Huitfeldium legitur.

1463. tulit Rex contra eos qui variis artibus juridicas actiones ſubterfugiunt: & vel legitimas citationes, vel latas contra ſe judicum ſententias, pacificè audire recuſant, vel ſibi iſta prælecturos, armis & vi excipere ſolent. Actum Caſtro Hafnienſi feria 6. ante feſtum D. Margaretæ virginis.

1480. Contra pontificiorum avaritiam ſtatuit; ut licet Colonis fundos in quibus Eccleſiæ ſitæ eſſent; ſeu templa ſacra, obtinentibus, & aliquo debito iisdem Eccleſiis obſtrictis (puta pro decimis aut aliis rebus, quas præterito tempore, ipſi vel majores eorum, Eccleſiæ nomine, reportaſſent) quibuslibet mercimoniis ſolvere, cum pontificii fundos ipſos Eccleſiæ conjunctos ſolummodo poſcerent. Actum Caſtro Hafnienſi Dominica Cantate Anno &c.

1472. Sveno cogn. ſapiens Epiſcopus Scalh. circa hunc Annum.

1459. Olaus Rognvalldi Holenſis Epiſcopus.

1480. Henricus Daniel inſulæ præfectus.

Branderus Ionas Islandiæ Borealis, Ott Aſmundus meridionales Nomophylaces.

Gauto Nidroſ. Archiepiſcopus Islandos hortatur ut reditus Eccleſiaſticos promptè ſolvant. Dn. Bergis ſabbato 4. tempore ante feſtum D. Michaelis 1478. Item 1481.

Hic Rex Chriſtianus 1. in ſobrinorum nuptias à pontifice Romano cuidam Islandorum indultas conſenſit: Quam gratiam itidem, filius Johannes poſtmodum peculiari diplomate confirmavit. Anno 1481. pientiſſimum hunc Regem noſtrum vita hac mortali feliciter defunctum accepimus 22. Maij. Cum regnaſſet Annos 33.

Io-

XII.

JOHANNES, DANIÆ, SVECIÆ, Norvegiæ & provinciarum Rex.

PRivilegia subditorum, quomodo à Rege Iohanne circa Regni initia, Anno 1483. confirmata vel etiam aucta sint, à Dn. Huitfeldio fidelissimè scriptum reperitur: Unde quæ ad nostras potissimum immunitates, spectant quilibet petere poterit.

Eodem Anno Holensi Episcopo Olao Rogvaldi f. literas protectorias adversus quorundam subditorum contumaciam, Rex communicavit.

Wi hans medt gudz Nade/Danmarchis/Norgis Wendis och Gottis Koning/wdvald Koning thil Sveriges.

Helse ether vor kiære vndersatte/bonder och Menige almuge som bygge och boo vdi Holebispdom kiærligen medt gud och vor naade. Wither kiære venner/adt oß elsk. werdig fader/Bisp Olaff j hole haffver birth for oß / adi bide hañom offuer horige och ey ville giffve hannom thru renthe och rettigheid som j hannom paa kirkens vegne plictige ehre.

Sammeledis birte hand ther for oß adt hand wforettis vdi mange Sager som burde alldeiliß ɛc.

Datum in Stóffrene sabbato proximo post festum Iacobi Apóstoli, Anno 1483. nostro sub secreto præsentibus appenso.

1489. Magnus Eyulfi Episc. Scalhollt.

1490. Theodiricus Pining. insulæ præf. unà cum Thorleifo Biornonis.

Finbogus Ionæ Borealis. Eyulfus meridionalis Nomophyl.

1491. Ambrosius Illiquod præfectus insulæ.

Thorvaldus Erlendi Nomophylax meridionalis.
1500. Gotſcalcus II. Holenſis Epiſcopus.
1509. Vigfuſo Erlendi præfectus inſulæ.
1512. Sveno Kleiſſon/ præf. inſulæ
1512. Ionas Sigismundus Nomophylax Borealis & Occid. Island.
1513. Johannes Rantzow inſulæ præfectus.

Decretum de decimis. Magnus Eyulfi Scalholl. Epiſcopus cum præfecto inſulæ Theodirico Pining & Eyulfo Einari F. Nomophylace, decretum tulerunt, de decimis eorum prædiorum nomine ſolvendis, quæ ad Regem vel Epiſcopum ſpectarent; tàm, quā de iis qui alios dominos & poſſeſſores haberent. Itemq; de aliis nonnullis præcipuè de ditiorum comitatu; Ne ſcilicet Epiſcopus niſi 13. comitibus uteretur. Nomophylax 10. inſulæ præfectus 10. Cathedræ officialis (quem vocabant) 8. provinciæ particularis præfectus (Syßlumañ) 5. præpoſitus Eccleſiaſticus 5. judices ordinarii cauſarum forenſium.

3. Qui ditiorum comites deſtinati & ordinarii, in dupli- ci præ aliis eiusdem conditionis aut fortunæ, in prætio eſſent.

Prædictus Gottſcalcus II. Epiſcopus Holenſis, An. 1500. initiatus, cum Ionâ Sigiſmundo Anni 1512. & ſeq. Nomophylace, magnas inde ab Anno 1505. inimicitias gerebat, quorum cauſæ cognitio etiam ad ipſos Reges devenit. Quæ controverſia ſi breviter pertexeretur iſte Gotſcalcus de viri boni nomine apud certatorem periclitari poterat.

Sed cum Gotſcalci tyrannis & atroces injuriæ jam dudum omnibus incolis detectæ ſint, & ejusdem contra Ionam Sigiſmundum, ac huius uxorem, liberos, bona & poſſeſſiones ſententiæ & decreta, criminis falſi convicta & ſæpius judiciali formâ, etiam Regum auctoritate accedente, condemnata; Nihil neceſſe eſt ut eas hoc loco recenſeam aut inſe-

ctet

ćter; quod huius rei hiſtoria peculiaris etiam extet. Neq; enim poteſt juſtius ullum aut convenientius de Gotſcalcianâ perſecutione & maleficiis, ſupplicium ſummi aut optari, quā ea per juſtiſſimas Magiſtratus tàm ſuperioris quàm inferioris, cenſuras, & judicia tàm incolis quàm exteris, damnata innoteſcere.

XIII.

CHRISTIANUS II. DANIÆ, *Sveciæ & Norvegiæ ac provinciarum Rex.*

CUm Anno 1513. Rex Iohannes eſſet in cæleſtem aulam evocatus, Chriſtianus qui aliis Chriſtiernus, filius, trium etiam Regnorum aliquantiſper potens; cum more majorum ſuorum. Norvegiæ Regni incolis privilegia confirmaſſet, diadema Norvegiæ, Aſlojæ, 1514. ſuſcepit.

Anno 1515. multa apud Angliæ Regem de Anglorum injuriis, pro Islandis conqueſtus fertur, & ſeverinum Nordby/ bellatorem nobilé in Islandiam oblegaſſe; fortaſſis ad prædones ibidem graſſantes reprimendos. Vide Dn. Hvvitfeld. in Chriſtiano II. ut & de iſto, quòd Anno 1524. Iſlandiam pro deputata pecuniæ ſumi â Anglo oppignorare voluerit, quam tamen in poteſtate non habuit, ut qui antea, An. 1522. regna profugus reliquerat.

1515. Vigfuſo Nomophylax.

1517. Iohannes Egerhardi præfectus inſulæ.

1520. Moritur Gotſcalcus II. Holen. antiſtes; ut & Stephanus Sealholitenſis: Cui Augmundus 1522. illi Ionas Aræſonius Anno 1525. ſuccedunt.

XIV.

FRIDERICUS I. DANIÆ, NORvegiæ & provinciarum Rex.

SVbditi cum Regem Christianum II. ob quædam contra jus & æquum in cives & nobilitatem designata, regno profugum non exspectarent reducem eiusdem patruum Ducem Fridericum in Regem Daniæ & Norvegiæ postularunt: qui Anno 1524. Ripis Cimbrorum Regni Norvegici incolarum (ut reliquorum) & præcipuè Clericorum prærogativas & immunitates repetivit & auxit: in primis autem id præstitit in comitiis Othoniensibus Anno 1527.

Quæ omnia apud D. Huitfeld. leguntur in opere Chronologico.

XV.

CHRISTIANUS III. DANIÆ, Norvegiæ & provinciarum Rex.

POstquam laudatissimus Princeps Fridericus I. Anno 33. supra sesquimillesimum, naturæ debitum solvisset; comitia Regni, eodem Anno Hafniæ coacta, circa festum Baptistæ, statuerunt inter alia; ut decretum Othoniense latum à Friderico I. An. 1527. (ut supra fuit) ratum servaretur. Quin etiam plura utriusq; Reip. privilegia addidit, etiam Regni N. subditos nominatim spectantia Anno 1536. die Simonis & Judæ: Hafniæ. Vide D. Huitfeld. Chron.

Anno 1539. præfuit Ecclesiæ Scalh. Augmundus ille Anno 1522. initiatus cum Theodiricus van Mynden/ præfectus Islandiæ, & famuli vel comites 11. à colonis Ecclesiæ Scalh. ob multa indigne gesta, Scalholl. cæsus traditur.

Quam cædem alii Episcopi impulsu factam censebant: alii verò eundem ab eo crimine constanter excusabant; & ipse Augmundus in foro Magno insulæ, jurejurando se palam purgavit &c.

Nihi

Nihilominus Anno ſecuto 1540. Chriſtophorus Hvvitfeldius Regis Daniæ legatus in Islandiam miſſus, incolas fidelitatis juramentum renovare curavit, & Augmundum jam ſenio gravem ac oculis captum, cum is antea Epiſcopatum reſignaſſet, in Daniam avexit.

Dixi autem ſuperius à Regibus, comitum Oldenburg: ſtemmate oriundis ſummam Islandis felicitatem affulſiſſe: cui rei præter alios, Rex hic noſter Chriſtianiſſimus, præclaro eſt documento. Qui ut tam nomini quam officio ſatisfaceret; non ſolum in Dania aut Norvegia, ſed etiam in provinciis, religionis à pontificio fermento repurgandæ curam ſuſcepit: atq; proinde in Islandia, Eccleſias reformari & ludos literarios fundari, per eundem Chriſtophorum Hvvitfeld. curavit. Qui idem demandato munere fideliter defunctus, Gyſſerum Einarium ſyncerioris Religionis ſectatorem, Epiſcopum Scalh. conſtituit.

Anno 1541. is conjugia ſacerdotum mox induxit; etiam ſuo exemplo. Libros etiam quosdam Biblicos ex Apocryphis in linguam vernaculam putatur transtuliſſe.

Hic Epiſcopus Anno 1542. nomine ſacerdotum ſuæ diœceſis apud Regiam Mat. conquæſtus eſt, pontificiâ miſsâ & aliis ſuperſtitionibus abrogatis; etiam miniſtris ſua ſtipendia à multis ſubtrahi: Cui R. reſpondit ac per literas patentes iniunxit ut ea res ab inſulæ præfecto quocũq; ſedulò curaretur: ſimul etiam imperans ut incolæ miniſtris verbi libenter & promptè ſolverent, quæcunq; antiquitus deberentur & ecõtrà, vetans, ne ulla gravamina vel exactiones miniſtris imponerentur per præfectum vel alios ſine peculiari inſtructione Regiâ ad eam rem præeunte. Datum Haf. D. ante præſentationem, Anno ut ſupra.

Nicolaus [Clawes] van Mentwitz provinciæ peculiaris & cænobii cuiusdam præfectus fuit apud Islandos; De quo

cum illi apud Regem multa jure conquesti essent, officio privatus est.

Tradunt hunc quidam cum Theodorico van Mynden/ cædium & rapinarum convictos, Islandia cessisse. Sed de Theodorico illo habent Annales, & quorundam adhuc narratio, quod in Islandia cæsus sit.

Anno 1544. Otto Stigotus insulæ præfectus.

Thorleifus Pauli Nomophyl. Bor. & Occid. Islandiæ.

Anno 1547. Martinus Einarius Episcopus Scalh. secundus eorum quos â repurgatâ doctrinâ, Evangelicos dixerunt. Inter hunc & Ionam Aræsonium Holensem Episcopum magnum ortum est de religione dissidium: de qua re variæ sunt relationes. Ipse, præter exitum seu extremum actum, nihil certi scriptum vidi, qui talis fuit.

Martino Holis in custodia detento, Ionas Episcop. Holensis Martini olim Levirum, Dadam nomine de Snordal ob vitam impuram, & nefarios, ut refertur, concubitus objurgare graviter cæpit, quamvis ad suam Episcopiam nõ pertineret, nisi quâ utramq; diæcesin, capto Martino, in potestate habere sibi visus est. Quæ dum ita geruntur, dictus Episcopus Ionas, citante Rege in Daniam Anno 1548. (huius Anni præfectus insulæ fuit Laurentius Mule) evocatus, non abiit: sed prædictum Dadam ante variè admonitum & objurgatum anathemate feriit, Anno 1549. Cal. Ianuar. ex suggesto Cathedræ Holensis, & alibi palam denunciato. Cuius Anni æstate adulta, diploma Regium contra prædictum Ionam Aræsonium affertur. Qui deinde Anno 1550. Dadæ Villam Bandafallensem cum armato sodalitio occupans, ab eodem Dada cum filiis duobus captus est & Scalholltiam abductus. Christiernus quidam fuit, sive insulæ præfectus, sive præfecti relictus famulus vel vicarius; qui cum captivi Episcopi Ionæ hostes egerunt; ut is cum filiis capite mox trũcarc-

caretur. Non caruit ea res multorum finistris sermonibus & odio; quòd dicerent, iniquum esse, Episcopum cum filio Nomophylace altero, altero verò sacerdote, ad supplicium indamnatos rapi. Sunt qui asserant, etiam contra judicum sententiam, decernentium ut captivi rei, Regiæ Maj. censuram vivi expectarent, occisos fuisse.

Certè ante supplicium non fuisse capitis damnatos, argumento est conventus à legatis Regiis Anno 1551. Oddeyræ coactus: in quo, an jure occisi fuissent vel secus disputatum est.

Sunt etiam qui gravius quoddam crimen dicto Episcopo adscribant, quapropter huius & filiorum bona confiscata sint. Sed ut dixi, de istis præter ista jam allata, nihil scriptum reperio.

Hic Episcopus cum filiis, quia tàm odiosâ præcipitantiâ supplicio affectus est, occisorum aliquot famuli & domestici, sequenti hyeme, prædictum Christiernum, cuius autoritate id factum, cum sociis è medio tollunt.

Illius autem Episcopi nomine dota Islandia, tanquam suo Regi & jurato domino rebellis, male audivit, (atqui unus ille vir, cum suis paucis, quanta pars fuit incolarum?) Quare Rex Christianus Axillum Iolium & Christophorum Thranderum in Islandiam cum milite ablegavit; ut incolas in fide & officio retinerent. Sed nihil opus erat milite, Islandis suâ sponte in fide constantibus: Qui nihilominus fidelitatis juramentum iterarunt, & simul in ordinationem Ecclesiarum Danicarum, quàm Rex paulò ante confecerat jurarunt, legatis Regiis id poscentibus. Anno 1551. 15. Iunii, loco Oddeyræ.

Porro ad ficarios istos qui dominorum necèm, Christierni prædicti & sociorum 13. cæde ulti sunt vindicandos; Paulus Hwitfeldt An. 1552. in meridionalem Islandiam missus est.

Qui

Qui insuper ad Ecclesiarum reformationem & scholarum fundationem multum contulit; Scholam trivialem, utrique Ecclesiæ adjungens & fundatione scriptâ, Regis nomine, muniens.

Datum Fundationis Regiæ, Viburgi feria 6. post Dom. Oculi: 1553.

1551. Ormerus Sturlonis Nomophyl.

1554. Otto, Gottscalci II. Holensis antea Episcopi filius nothus, sed ad pietatem & justiciam magis natus, Island. Boreal. & Occid. Nomophylax.

1553. Olaus Hialterus Episcopus Holensis & Egerhardus Iohannis f. præfectus insulæ.

Anno 1556. Rex Christianos edito decreto cavit, ne Ecclesiarum bona, sive juris prætextu sive aliter, inconsulto Rege abalienarentur. Datum Hafniæ feria 5. post Domin. Quasimod.

Ecclesias Borealis Island. Olaus Hialterus, postquam in ordinationem Danicam juratum est, pro virili reformavit, & ad synceriorem religionis normam assvefecit. Idem præstitit in suâ diæcesi, cathedræ jam restitutus Martinus: qui & odas aliquot linguâ maternâ vertit ex Lutheri Enchiridio.

Hic Cathedram Anno 1556. resignavit, Gislao Ionæ sibi substituto; qui librorum aliquot Biblicorum versione clarus fuit.

Anno 1557. Paulus Vigfusson Nomophyl. meridionalis Island. Canutus insulæ præfectus.

1556. Egerhardus Iohannis Nomophyl. Bor. & Occid. Island.

Cœnobia habuit Islandia Borealis 4. Orientalis 1. Meridionalis 3. Occidentalis 1. Hæc Anno 1558. à Paulo Stigoto insulæ præfecto, Laicis elocata sunt, mutata scilicet religione & ablatibus ac Abbathissis cum suis monachis & Nonnis ejectis, &c.

FRI-

XVI.

FRIDERICVS II. DANIÆ, NORvegiæ, & provinciarum Rex.

ETiam huic Regi sanctissimo religionis & pietatis, ut domi, ita in provinciis, alendæ prima & potissima cura fuit. Quare Anno 1560. scholæ Holens. subsidia clementer auxit literis. Datum Arhus. 21. Martii.

Deinde cum flagitiosorum pœnis, quia olim ad pontificiorum jurisdictionem, jam abolitam spectabant, leges certas non extare audiret; idipsum tamen ab Episcopis nostris percontatur & per literas injungit, mitissimus Rex (ne quid legibus antiquis, si bonæ essent, præjudicare velle videretur) ut hi ex jure patrio, adulteris, incęstuosis &c. pœnas statuant, & præscribant. Datum Arhusiæ 29. Mart. 1560.

Huic Episcopi respondent: Flagitiosis de jure pontificio, quod hactenus apud illos obtinuisset, ædes sacras, pro Asylo aperiri, & per absolutionem pontificiam simul cum scelere, vitam indulgeri; sub bonorum (quoties peccatum tàm atrox esset) non vitæ jactura. Quæ consuetudo & lex cum nil nisi impunitatem peccati aleret, non videbatur Christianis ferenda. Quocirca Episcopi à Regia Majestat. contendebant, dignaretur pro sua sapientia & auctoritate huic tanto malo legem ponere. Idcirco sapientissimus Princeps Rex Fridericus, tàm noxiam impunitatem scelerum, Deo & bonis omnibus invisam & nostræ Reip. maximè exitiabilem, minimè ferendam ratus: Quoad huiusmodi casus, jubet ut flagitiosi isti ex constitutione D. Christiani III. parentis sui serenissimi puniantur: Ad hæc in reliquis, quantum fieri possit, ordinationem Eccl. Dan. Episcopis & incolis reliquis commendat. Datum Fridericsburgi 20. Mar. 1563.

Hinc sumptâ occasione curat præfectus insulæ Paulus Stigotus, Senatusconsultum fieri quo incestuosis, pro modo flagii, scortatoribus, adulteris, pœnæ certæ statuantur, etiam ad vitam & fortunas pertingentes. Quod Senatusconsultum Rex Fridericus patenti diplomate asseruit. Anno 1565. 13. April. Lundæ Scanorum.

Et iterum nova constitutione firmavit Anno 1585. Fridericsburgi 29. Aprilis. Severè interim vetans, incæstus aut alia scelera capitalia, aliter quam capitis supplicio plecti: non vero nummis vel pecuniâ redimi.

Anno 1566. obiit pie Paulus Stigotus, laudatissimus Islandiæ præfectus, & sepelitur in æde Besseſtad. ubi castrum Regium appellatur in Islandia meridionali.

Anno 1568. Redit ex Dania Ormerus Sturlonis cum Nomophylacię munere in Islandia boreali sibi demandato, & Daniam eodem Anno repetiit, obstante ipsi Egerhardo Nomophylace.

Anno 1571. Iohannes Buccholltius insulæ præfectus, & Theodorus Gudmundi Nomophylax Islandiæ meridionalis & orientalis.

Gudbrandus Thorlacius EpiscopusCathedræ Holensis; ad quam ornandam simul & Ecclesiam ac Religionem adhuc teneram fovendam, ille vir natus est.

Hic primùm Anno 1571. pro ministris suæ diæcesis tenuioribus, apud Regiam Maj. supplex factus, annuam Eleemosynam ex reditibus insulæ à præfecto Regis nomine exsolvendam, impetravit. Actum Fridricburgs 28. Apr. An. prędicto, & iterum A. 1573. Datum. Scandeburgi 20. Ac rursus 1575. 12. Martii. Quæ terna edicta de una eademque Eleemosyna in ministros pauperiores eroganda, edita sunt.

Causa verò mandato totius iterati fuit ipse insulæ præ-

fectos.

fectos Buccholltius qui imperatam & ex Regiis non suis proventibus exsolvendam Eleemosynam segnius expendit, & per triennium aut plus eo, retinuit, qua injuria semel & iterum apud Regiam Maj. conquæri Episcopus necesse habuit, prout iteratio mandati Regii ac literarum tenor & summa satis edocent.

Atq; huic sanè excitit Vatinianum illud Buccholltii multorum sane annorum insulæ præfecti, in Episcopum & ministros verbi odium. Huic sæpiùs causæ nostræ quoties in foro secularium istorum auxilium quærendum fuit, suppressio & aggravatio. Huic apud superiorem Magistratum frequentes calumniæ & maledicta ac nominis *Gudbrandini* suggillatio: Cuiusmodi referta fuit Buccholltii illa schedâ, quàm testimonium rogatus Anno 1593. in contumeliam & perniciem Episcopi & ministrorum scriptam magnificis Daniæ proregibus exhibere ausus fuit.

Buccholltii in Episcopum & ministros odium unde?

Hinc demùm factum est, ut idem Buccholltius (videns quod sibi crimen per retentam triennii Eleemosynam intentaretur (complices suos quos in Islandia habebat, eodem, quo se, in Episcopum affectu præditos, eodemq; odii latentis stimulo armatos vellet Nec sanè irritâ voluntate, ut ex sequentibus demum planum existit.

Cæterum præter illam à Regia Maj. impetratam pauperioribus ministris Eleemosynam, etiam ipse Dn. Gudbrandius de suis subsidiis aliquid remisit; cuiusmodi est ususfructus, seu liber & gratuitus incolatus sequentium prædiorum; utpote Ripensis Miclabæensis, Kulensis, Myrcaensis, Eyardalsaensis. Annarvvatnensis &c. quórum reditus annuos Cathedra levare solebat.

Ac mox ut officium illud novum & arduum ingressus fuerat; nihil antiquius habuit, quàm ut novæ Religionis

plantaria & docendo & ſcribendo, ad maturam frugem educeret; atque hærentes adbuc papiſtici cultus reliquias & lolium, penitus evelleret. Ad quem ſolum ſcopum gloriam nempe divinam, Religionis curam, Eccleſiæ emolumentum pietatis & honeſtatis augmentnm & patriæ ſalutem unicam, omnes in vita actus & actiones retulit. Qua in re, ut accidere ſolet, fidelioribus regni Chriſti agonothetis, ſexcentas adverſitates & acerbitates tulit & pertulit.

Anno 1573. Cum Magiſtratus noſtri interdixiſſent, ne quis noſtratium, exteras nationes libere inviſeret; niſi illis prius conſultis, & facta prius hac vel iſta obligatione ad eorundem ſcilicet nutum & voluntatem; intelligens Epiſcopus tàm bonarum literarum quàm aliarum honeſtarum artium cupidis magnam inde remoram injici, ac illud proinde interdictum, non ſolum cum Reipub. ſed etiam Eccleſiæ detrimento conjunctum eſſe; à Regiâ Mat. peregrinandi libertatem cuivis bono & honeſto impetravit, patenti diplomate expreſſam & prædicto noſtratium interdicto directe oppoſitam. Datum Scanderburgi 20. Mar. Anno prædicto. Atq; hoc & ſimili modo, à politicis illius temporis, param gratiæ meruit.

Præterea cum libidines & alia ſcelera enormia, quibus abſolutio in publico facta de more Eccleſiæ decetur, ideo vulgatiora animadverteret; quod quilibet in ſua parochia abſolveretur: id quod cum minore rubore peccati conjunctum erat, & contra veterem Eccleſiarum noſtrarum conſuetudinem, probabilibus rationibus innixam; Epiſcopus facit eam rem cum Regia Mat. communicari. Quare mox edicit R. ut enormiores peccatores in templo, Cathredali ſuę diæceſis abſolvantur: Cum ea vetus ſit conſuetudo Eccleſiæ; Et in pauco conventu facta abſolutione (cuiusmodi ſunt minutæ parochiolæ) intra illius parochiæ tantùm limites ſcelus

lus innotescat; quæ res impœnitentium securitatem alere solet, si non in frequentioribus cætibus pœnitentiæ specimen edatur. Adde quòd pastores quidam rudiores, ad divites & obstinatos illos pro merito & ratione sceleris loci temporis & aliarum circumstantiarum tractare sint nescii & prorsus non idonei; ita ut etiam idcirco expediat notoria crimina à peritis ministris & in cætibus frequentioribus argui. Hæc & similia Rex sapientissimus perpendens edictum, ut dixi, tulit ut atrociores peccatores in templo Cathedrali absolverentur. Datum Fridricsburg. 19. Apr. Anno 1576.

Rursus Anno 1578. ea cura præpositis Ecclesiasticis injuncta fuit.

Sed nec illud valde diu valuit: Quidam enim peccata graviter & palam argui ægreferentes; ac ad corruptionem legis divinæ aures suas, more aspidum, obturantes, recusantesq; venire ad lucem, ne arguerentur opera eorum: Ad senatum & proregesDaniæ retulerunt, uti istam constitutionē mutarent, velut incolis nimis gravem: contendentes peccatores pœnitentes, quovis loco & à quibusvis ministris esse absolvendos.

Sed sapientissimi proreges cautè tulerunt; ut quilibet in sua parrochia absolveretur: sed consulto prius Episcopo aut præposito Ecclesiastico, si peccatum aliquod enormius est. Actum Haf. 26. Aprilis 1594. Quâ ratione & supplicatione nostri homines, insciis & inconsultis Episcopis, quorum de absolutione cura esse debet, nihil nisi levamen insigne nostris Episcopis attulerunt: Quanquam cum quo pietatis emolumento, ipsi viderint.

Anno 1574. Jonas Ionæ f. Nomophyl. borealis & occidentalis Islandiæ.

Anno 1575. constitutionem de decimis tulit R. Fridericus, eorum prædiorum nomine, tàm quæ Regis essent, quam

Ecclesiarum, in usum ministrorum verbi solvendis; quorum ille summam omnino curam gerebat.

Ars Typographyca in Isl. exercita.

Interim dum hæc curarum & laborum suorum initia, Gudbrandus Thorlacius satis ardua haberet, animadvertit inter alia, literarum & librorum inopiâ & defectu potissimum laborare Remp. Ecclesiasticam; quod novæ & reformatæ religionis libri, præcipuè linguâ vernaculâ populo necessarii, pauci aut nulli extarent: Cui malo si quod remedium afferri posset, in majorem spem fructus, qui ad Deum ex novæ religionis agello redundaret, veniebat. Quocircà de arte ill- Typographicâ (quâ literas & religionem per reliquum orbem Christianum disseminatas novit) etiam in patriâ sua, opportunè cogitare cœpit.

Vixerat paulò ante in Islandia Boreali minister quidam verbi, Ecclesiæ Breida Bolstadensis pastor Dn. Jonas natione & cognomento Svecus, qui Evangeliorum & Epistolarum Dominicalium lectiones, typis excuderat; Ad hæc odas aliquot sacras & manuale, quod dicunt, sacerdotum; ac præterea fortassis libellum unum aut alterum. Is filium habuit sibi cognominem. Qui Dn. Gudbrando auctore exteros invisit & in eadem typorum arte nonnihil profecit; Atque ut tanto facilius artem in Islandia exerceret, intercedente Episcopo, singulare beneficium à clementissimo Rege Friderico impetravit: ex Regiis nempe fundis prædium Nupufellense gratis fruendum. Datum Andersskouff 5. Martij.

Per hunc itaque Typographium Ionam, Episcopus libros aliquot excudit: ac præterea officinam Typographicam domi suæ magnis sumptibus instituit; aliosque ab ipso Ionâ, in illâ arte erudiendos curavit. Quod beneficium divinitus adepta Islandia; cœpit non solum ministris verbi sincerioribus abundare; sed Laicis etiam sanam doctrinam ex Typographico isto penu domesticis suis promentibus.

Nec

Nec diu erat, quàm ad majus quiddam Typographiæ beneficio audendum, connato sibi primum pietatis & religionis amore; deinde incolarum, qui opuscula recentibus typis edita, avidius amplexi sunt (excipio invidulos quosdam & omnibus piis conatibus inimicos) piò desiderio, Episcopus incitaretur: Ad sacro sancta quippe Biblia lingua & sermone patrio edenda, animum appulit.

Quamvis enim Iusti Ionæ, Lutheri, Huberini, Urbani Regii, Palladii & aliorum commentarii sacri utiles essent & apprimè necessarii (quorum multos jam excudi curarat) illud tamen minimè ignorabat, dulciores ex ipso fonte aquas hauriri.

Quapropter veteris & novi fœderis libros, alios ipse, antea nulli tactos in linguam Islandicam transtulit: alios vero collegit, ab aliis quidem translatos, sed qui non minore labore & curâ, cum Lutheri versione Germanica conferendi & emendandi essent. Nec mora. Manum operi admovet, & Biblicum corpus prælo subjicit: idque domi suæ, cui excudendo Typographus Ionas septem aliis adjutus, biennium impendit. Interea dictu facile non est; quos ille noster Episcop⁹ labores in prædicto opere perficiendo exantlarit, quas molestias & difficultates, perdius, pernox, assiduus, accubuus sustinuerit: quos quantosve sumptus in patriâ & exteris facere coactus sit: quos sumptus Cathedra Holensis non fuisset sustinendo, nisi auctoris ars & ingenium divinum, tùm alia tùm præcipuè ipsam Typographicam suppellectilem informare, paucis ex hoc ordine, imitando artificii exemplo, novisset.

Atque hic favente numine Biblia Islandica, Anno 1579. absoluta sunt, tum præfixo Regiæ Majestatis privilegio.

Sic

Sic inquam opus illud auctor absolvit, ut quamvis Dei gloriam & patriæ salutem tantum eo quæsierit; sibi interim immortale nomen per totum orbem Christianum paraverit.

Agnovit hanc Episcopi nostri pietatem clementissimus Rex Fridericus II. Quod cum ex binis privilegiis operi præfixis manifestum est, tùm quoq; aliis Regii favoris haud obscuris indiciis, auctor sensit. Agnoscunt per Daniam, Germanias, Angliam doctissimi & optimi quiq; & tam pium opus, tantumq; beneficium, in Ecclesiam Christi quæ in Islandia est, collocatum esse, certatim gratulantur. Agnoscit etiam patria, si lividos illos ocellos excipias, qui aliorum rectè facta nisi torve nunquam aspiciunt; quorum ego nominibus, præter meritum istorum parco. Agnovit (quod maximum est) Divini numinis clementia, quæ ab illo die auctori, quamvis subinde aliis molestiis exercito, abundam benedictionem affundere non destitit.

Ne quid autem ad absoluti operis ornatum aut sumptuum magnitudinem deesset, Bibliopegum Hamburgo Episcopus conduxit, qui mensibus aliquot multa exemplaria compegit & aliis ad hanc rem ab Episcopo destinatis, artem istam monstravit, ita ut reliqua domi, pari ferè elegantia preparata sint, præter 100. Hafniæ compacta.

Nec ullis sumptib9 pepercit novæ editionis auctor, quin sufficiente copia Biblii Islandica quam primum in vulgus distraherentur. Cæterùm quam hic gratiam à quibusdam meruerit, post monebitur.

De 4. gradu impari. Anno 1585. super casu quodam matrimoniali *An* videlicet *in quarto gradu impari, licita essent conjugia?* Regiam Maj. Episcopus consulere necesse habuit: non quidem quod leges conjugii divinas, imperatorias aut etiam Danicas, ordinatione Danica expressas ignoraret: sed quia ipsi incolæ in

diver-

diversas sententias euntes, dictas leges & rectam rationem audire, recusabant: Alii namque in hoc gradu jungi postulabant quibus etiam ministri non nulli, etiam non consulto Episcopo, assensi sunt. Alii leges Islandicas, juri pontificio (in hoc negocio) innixas, per quas in hoc conjugia non essent licita contra urgebant.

Et quamvis ab Episcopo audirent; prohibitionem graduum fundamentaliter ad forum Ecclesiasticum spectare, ex jure divino, & prohibitiones politicas, pro diverso tempore & Magistratu licitè variare: immò gratiam deberi Regiæ Maj. quòd conscientiis injectum à statutis pontificiis, jugum, hac in parte laxaverit: Nihil tamen apud obstinatos quosdá profecit; unde Regiam censuram & decisionem impetravit, diplomate comprehensam & in prædicto gradu conjugia libera esse jubentem. Actum Fridericsburg. 29. Aprilis. Anno &c.

Rursus Anno 1587. Leges de matrimoniis in Daniæ regno reliquo antea latas & divulgatas etiam in Islandia penitus servari jussit, peculiari diplomate Islandis præscriptas, ac postea typis Danicis editas. Actum Cronoburg Anno &c.

Hic dolentes & videntes; legulei quidam suas opiniones & pertinaces sententias, ratione & Regia auctoritate, vinci, prædictum Episcopum, ut patriæ legibus adversarium & semper novi aliquid (ut obiicere solebant) molientem, clanculum variis sermonibus mordere non erubuerunt.

Atq; ut hic, paulisper subsistam, mirum profectò, mirum est, quàm veri impugnatores, in manifesta luce cæcutiant & sibi parum constent: Mirum inquam quid æmulatio & invidentia, ad recti judicii acumen, perstringendum valeant.

De numeratione graduum Can. nihil opus est dicere; aut prohibitione graduum in jure canonico, valde dissimili: Dú alii ad quartum tantùm; alii ad quintum, alii ad sextum,

(quid si decimum ?) gradum prohibitiones humanas extenderunt.

Codex noster seu leges seculares, de gradibus prohibitis nihil habent ipsæ : sed ab hæreditaria successione arcent natos intra gradus vetitos jure canonico, scilicet apud nos recepto. II. verò canones nobis olim recepti, ad quintum usque gradum inclusive, interdictũ esse matrimonium voluerunt : Postea ad quartum sese prohibitio extendit, quæ ad repurgatæ religionis nostræ tempora, Anno sc. 1551. valuit. Inde mox cernere poterant cordatiores, prohibitiones istas mere esse humanas, & grave jugum conscientiis, libertatem Christianam affectantibus injicere, nec in Germaniæ aut Daniæ Reformatis Ecclesiis servari. Quare Olaus Hialterus, Episcopus Holensis, in Consistorio quodam Ecclesiastico, Anni 1552. pro sua diæcesi statuit, prohibitionem conjugii in 4. gradu, irritam habendam esse ; etiam Danicæ ordinationis auctoritate ad hoc usus.

Postea paulò Egerhardus Iohannis, Borealis & occidentalis Islandiæ Nomophylax per arbitros delectos 24. tulit de liberis in tali conjugio natis ; hæreditates legitimè adire possent ? Id enim diu controversum fuerat ; eô quod pontificii cum quibusdam in 4. gradu dispensassent, quorum liberos alii negabant ad hæreditates legitimè natos : in quam sententiam nonnulli etiamnum ibant, audientes in 4. gradu licita esse conjugia : Cuius controversiæ hæreditariæ decisio & arbitrium penes Nomophylacem & judicum concessum erat.

Ille igitur ; siquidem talia conjugia, in 4. gr. contracta, legitima essent ex jure divino, Imperatorio, & cui nobis parẽdum esset, Danico, prout nostri Ecclesiastici nuper in suo foro decrevissent, statuit, liberos ita natos omnes hæreditates legitimè adire posse &c. Actum Spialldhagæ, die Lnuæ, ante festum Matth. Apost. Anno 1554.

Atqui

Atqui hæc ſtatuta contraria erant noſtris canonibus vetuſtis: quos tamen ut humani erroris plenos, hac ratione condemnabant; primùm in ſuo foro Epiſcopus, propter ipſa contrahenda conjugia: Deinde Nomophylax in ſuo propter ipſas hæreditates.

Sed quia hæc ſtatuta alii de 4. gradu pari, ut loquuntur, ſaltem intellexerunt; de 4. gradu imari, novam jam quæſtionem movere incipiunt, & iſthîc matrimonia illicita clamitant: ſuæ ſectæ axioma; & huius conſequens; turpiter ignorantes.

IN LINEA TRANSVERSA INÆquali: quoto gradu remotior diſtat à ſtipite, eo inter ſe diſtant.

HIc ſine Regiâ ordinatione renovatâ ac vix per illam, perſuaderi poterant, ut in hanc conjugii legem, de 4. gradu impari, conſentirent: Quin potius ſuum Epiſcopum, veritatem è tenebris educentem, rerum novarum ſtudioſum dicerent: ut qui leges patrias deſtrueret.

Atqui legibus patriæ, ut illi vocant; non minus contraria erant ſtatuta illa, de 4. gradu pari; quam hæc de 4. gradu impari: & utrumq; per ſcholæ pontificiæ fundamentum æquè licitum & æquè prohibitum (Quoto gradu remotior diſtat) Quæ igitur injuſtitia eſt Olaum, Hialterum & Egerhardum Iohannis contra leges, ut illis placet, patriæ, ſtatuentes (in 4. gradu pari, interim tamen noſtris canonibus ut dictum prohibito, licita eſſe matrimonia) promptè amplecti: AſtGudbrandum in eodem negocio, penè idem, ob bonum publicum, ſtatuere volentem; ac inſuper, præter primam illam ordinationem Danicam, quâ illi ſuffulti, novâ Reg. Maj. deciſione & cenſurâ, imo ſigillo, inſtructum, velle rejicere aut

novitatis accusare? Annon in hæc, tàm stupida, & verè cucurbitina capita, tàm sinistras mentes, legum & judiciorum publicorum cognitio; & Reip. summa, pulcrè competit?

Cæterum ut cognoscant nostri homines, quos sequantur, in tàm strictâ graduum prohibitione, authores, placuit eorundem rationes videndas (sive malis, ridendas) in medium, tribus verbis afferre: ut iis auditis, si qui adhuc sint ex nostris, frivolis istis multum tribuentes, tacitè erubescant.

Rationes prohibitionis gra. pontificia

Primò namque de sobrinorum nuptiis interdictis, rationem réddit Gregorius IX. Quod experimento didicerit; Ex „ tali conjugio, sobolem non posse succrescere.

Ast de quarto gradu vetito, hanc afferunt rationem, pa„ tres concilii Lateranensis; præside Innocentio III. Quater„ narius numerus, inquiunt, benè congruit prohibitioni con„ iugii corporalis: De quo dicit Apostolus: vir non habet po„ testatem corporis sui, sed mulier &c. quia quatuor sunt in „ humano corpore humores, qui constant ex quatuor elementis &c.

De sexto deniq; gradu interdicto; hanc afferunt rationem „ alii: Quoniam dicunt, sicut sex ætatibus finitur mundi ge„ neratio & hominis status; ita propinquitas generis tot gradi„ bus terminatur &c.

Egregiæ sanè rationes; & Romanâ curiâ dignæ: dignæq; quæ toti orbi Christiano, matrimonii leges præscribant; scilicet. Quomodo autem easdem, illi ipsi Romanenses relaxare soliti fuerint, exemplo sit unus pro multis, Martinus V. quâ fratris cum sorore nuptias, approbasse scribunt. I nunc & horum leges de coniugio sequi malis, quam sapientissimorum Regum nostrorum decreta & constitutiones. Certè de istis aliter prophetavit Pauli spiritus notabili epitheto huma-

1. Tim. 4.

nas istas traditiones & placita, insigniens: Diabolicam doctrinam, appellando, prohibentium coniugium: Sve certo a-

licui

licui ordini hominum; ut ſacerdotibus: ſive etiam in certis illis & remotis gradibus, extra verbum Dei & honeſtiſſima Imp. & Regum edicta: In quæ ſubditi idcirco conſentiunt, quia Magiſtratui in rebus licitis morem gerere, iis tam curæ eſt, quàm ſuorum vitæ & fortunarum curam à Magiſtratu geri: Non veró quòd à jure pontificio, tàm diſſimili & vario, originem trahant. Sic nos horum Regnorum prohibitionem de ſobrinorum nuptiis, haud inviti amplectimur: Non propter rationem à Gregorio IX. adductam; vel quod hîc pontificii tertium gradum conſanguinitatis ſtatuant (ſemper namq; duo, duo ſunt numero, & non unum; niſi quis naturę rerum obloqui velit; id quod iuriscõſulti in hoc negotio ſtudiosè vitarunt) ſed quia Magiſtratui, plurimum honorando, 1.Pet. 2. & ſic edicenti, reſiſtere vetamur: Rom. 13. tùm etiam non quid liceat ſolum; ſed quid expediat, perpendere, 1. Cor. 6. iubemur.

Rurſum conſobrinorum liberos, & conſobrinum cum conſobrinæ vel conſobrini filiâ (& viciſſim) ubi canonici, quartum gradum parem & imparem appellant, licitè in matrimonio copulamus; Siquidem id noſtri Magiſtratus, hoc eſt, Regis authoritate liceat, nihil Pontificiorum humores quatuor aut elementarem prohibitionem curantes.

Sed de iſtis ſatis: Ad Gudbrandum Thorlacum redeo; cui ſopitâ iſtâ controverſiæ matrimonialis liticulâ, alius ab æquore fluctus aſſurrexit. Vetus enim & Papiſticus mos & conſuetudo, apud nos obtinuit; ut flagitioſi ad ſacras ædes, ceu aſyla quædam confugerent; unde ad pœnam vel ſupplicium nequaquam extrahendi eſſent: Atque ſic domus DEI & orationum, in latibulum flagitioſorum converſa eſt: Quod dolens Epiſcopus, à Reg. Maj. contendit, ut iſtiusmodi abominationibus obviam iretur: *De aſylis.*

nec essent sacræ ædes asylum reis, aliter in Islandiâ, quæ Daniâ, aut aliis Ecclesiis reformatis: in casu solo, nempe homicidii non voluntarii aut coacti &c. Id quod mox etiam impetravit, expresso diplomate confirmatum. Actum Cronoburgæ 2. Iun. 1587.

Sed habuit edictum illud, ac fortasse etiamnum habeat oblocutores plurimos; quibus enormia flagitia, non morte, sed mulctâ, non pœna, sed crumena expiari, cordi est. Adeò difficile est etiam ipsis Regibus quicquam statuere, etiam ad pietatis & honestatis emolumentum spectans; quin adversarios mox obvios habeat. Qui pietatis & honestatis adversarii, cum à discordiæ spiritu regantur, ne in honestas constitutiones nobiscum consentiant; eos missos facimus: ut qui nil recti vel boni sapere, aut velint, aut possint: Quiq; veteris juris nomen & titulum in ore frequenter habeant; Regulas verò aut paucas, aut nullas, aut male intellectas.

In Chronologia nostræ Reip. pergo: quæ jam in tristem illum ac lugubrem annum & his Daniæ Regnis fatalem; 1588. pervenit: quo ea Deus justus judex, Rege fortissimo, Patre clementissimo, Divo Friderico II. orbavit: Cuius laudes incomparabiles, pietatem, clementiam, liberalitatem, reliquis virtutibus cumulatas; etiam extremus ille Regni angulus Islandia, plenis buccis loquitur & sonat; perpetuoque loquetur & sonabit. Nam si scholæ & religio, à quopiam curatæ & nutritæ; ille curavit & nutrivit: Si ad bonam Rempub. constitutionem quidquam allatum; ille attulit: si Ecclesiarum antistes & ministri adversus quorundam insultus & invidiam defensi; ille defendit: si de bonis & Zeli ac cultus Divini in patriâ studiosis, bene quid meritum est, ille meruit: si pauperum & inopum ulla cura gesta; ille gessit: omnioque se talem exhibuit, qualem Regem verum Poëta brevissime depinxit:

Hæc

Hæc ſunt quæ faciunt præclarum nomine Regem;
Rex pater eſſe ſuis debet, mitisq; benignus

XVII.

CHRISTIANUS IIII. DANIÆ, NORvegiæ, & provinciarum Rex.

IN X. Annorum interregno, Magnifici Daniæ Senatores, etjam noſtram Remp, prudentiſſimè curabant; Quorum propterea laus nunquam intermortitura manet &c.

Anno 1589. fit Epiſcopus Scalholl. Reverendus & Clariſſimus vir, Otto Einarius, vir eruditus, eloquens & literis ſeu linguarum cognitione non vulgariter tinctus: ac pari pietate juxta ac morum gravitate ornatus.

Hic antea Academiæ Hafnienſis alumnus & alumnorum præpoſitus fuerit: Deinde cum ſcholamHolenſem fideliſſimè rexiſſet; Ad Epiſcopatum Scalh. vocatus eſt, Is etiam in diſciplina Eccleſiaſticâ informandâ & reformatione ſuæ diæceſis multum operæ poſuit, ponetq;: & cum ſymmyſte ſuo, Dn. Gudbrando Th. ad Reip. Eccleſiaſticæ εὐταξίαν, vires conjunget.

Recenſui hactenus ſtrictim, quibus difficultatibus, Dn. Gudbrandus, publici officii nomine fuerit intricatus; quodq; ſit ex iisdem extricatus, modo. Cæterum quid & quantum ea res (numeris ratione fideliter curata & curâda) odii ac adverſariorum attulerit, tàm privatim quàm publicè, id verò paucis expedire, in promptu non eſt: Novit id patria, quæ ipſum multis annis, invidentiæ ac veluti perſecutioni adverſariorum ſubjacere vidit: Norunt externi, in quorum auribus, recens ferè ſemper aliqua, viguit, in Gudbrandinum nomen directa calumnia. Notum id quod vel in primis eſt, ex anni 1592. & 1593. actis ubi dum de bonis quibus- An. 1592. & 93. acta.

dam

dam avitis Dn. Gudbr. recuperandis, controvertitur, emergunt apud adverſarios, inſtrumenta ſeu tabellæ (at non illæ Metelli, tamen) antiquitaté quandam referentes, quib9 Ionę Sigiſmundo; qui Dn. Gudbrandi avus matern9 fuit; ante an. 72. tûm defuncto, inaudita crimina & parricidia adſcribuntur. Quibu9 tabellis criminatoriis, adverſarii, prædictum Dn. Gudbr. & cohæredes, non modò à præſenti juris actione, abſterrere; ſed reliquis præterea bonis avitis, antea recuperatis exuere. & in gravi9 neſcio quod crimen & diſcrimen conjicere ſategerût. Cujus rei proceſſum reliquû age inſpiciam9; ut vel hinc pateat, quâ integritate, ad prędicti viri negogia tranſigenda, quidá uſi ſint, (quidam dixi, non omnes: maneat n. bonis & innocentibus ſua laus & gratia) quidq; æmulorû vocibus adverſus ipſum directis, ſubeſſe exiſtimandum ſit.

Ecce igitur tabellas iſtas & crimina antiquo ſtylo, ut illi commenti ſunt, ſcripta ad præfectû inſulæ Henricum Crug. deferunt, ut cujus hîc, nomine Regis, qui iſtis non parû lucri capturus, dicebatur, maximi intereſſet: Quid enim adverſariis magis ex uſu, atq; ad propoſitá malitiam explendam magis accõmodatum, quam ut hac ratione Regios, ſi poſſent, ad ſuas partes pertraherent? Athęc, crimina tanta, mortuorum cineribus illata, variis ſermonibus illata, variis ſermonibus & cachinnis ac probris, adverſarii in vulgus diſſeminabant: hoc ſiquidem erat callidum ſatis ad victoriam aucupium, ut primò ſuperiores; Deinde vulgus ſeu plebem, à Dn. Gudb. hoſtes abalienarent, & nomen ac cauſam ipſius apud utrumque ſtatum odiôſam redderent. Itaq; cum æmulorum livor & invidia, per annos plus minus 20. cõtra Gudb. in protaſi quaſi fabulæ, fuiſſent occupata; nûc ad Epitaſin perveniſſe & ſummo cum æſtu efferbuiſſe dixiſſes, ut jam parum abeſſet; quin eundem penè devoraſſe ſibi viſi ſint.

Quorum inſultibus & injuriis Epiſcopus majorem in modum

dum exulceratus (præcipuè quod defuncti avi cineres, crudelis hostium livor, nec manibus parcens innocentibus, non tantùm convelleret; sed quantum in ipsis erat, infandis modis fædaret) ad Magistratum insulæ provocat & forum Magnum anni 1592. adit: ubi cum in senatu sive judicum consessu, tabellæ istæ palam recitarentur, Episcopus easdem vicissim palam falsi arguit: & ut de iisdem atq; de suę refutationis summâ, cognitio & examen judicum institueretur, summis precibus à Magistratu efflagitabat. Henricus igitur Cragius nihil suo muneri deesse volens, magistratib. injungit, uti causam & crimina ista posthuma, per judices ordinarios cognoscant. Iudices decernuntur; tabulæ & crimina iis contenta, denuò recitantur, quæ Dn. Gudbr. in continenti ut loquuntur, argumentis necessariis & evidenti demonstratione, adeò manifeste coarguit & convicit falsi, ut nec ex inimicis quisquam obloqui posset aut contra etiam hiscere. At judices tamen nihil certi statuere, aut audebant, aut volebant.

Sed præfecti judicii, his imminentes, quid judicibus ingesserint, ipsi intimabant, in hanc ferè sententiam: oblatas sibi esse tabellas criminatorias, in Ionam Sigism. conscriptas: quas sine ulteriori cognitione aut censurâ, ad Regiam Maj. remittere visum sit &c. De excusatione verò & argumentis, quæ Dn. Gudbr. pro reo afferebat, verbum omninò nullum.

Qui mos, quæ causarum cognitio & judicii processus, quid nisi inveteratum & inexplebile odium spirat? crimen reo objectum adnotare & in scriptis ad summum Magistratum, sine ulla debitâ inferioris judicii cognitione & examine: id verò, quod pro reo faciat, quamvis, judicibus & scripto & vivâ voce ingestum, subticere? ô tempora: ô mores: Quid verò animi tùm fuit tibi, monente senex? Quid tu Gudbr. Thorlaci, tum cogitabas, cum te parricidâ & nefario homine progenitum, hostes innuere vellent? Cùm non modò bona tua

avita, nomen & famam tuorum, ab improbâ ſceleratorum audaciâ peti cerneres? Cùm,inquam,tibi,cum mendacibus & falſis criminibus,ſed plus quam 70. annorum ætate palliatis,quibus avi tui pientiſſimos manes, adverſarii ſine fronte, ſine pudore & conſcientiâ,violare tentabant, colluctandum fuit? Hoccine erat vigiliarum & laborum tuorum, quos pro patriâ ſedulus impendiſti, ſat debitum præmium. Hæccine illius curæ,quam de gentis tuæ ſalute, aſſiduè gerebas,quæq; tibi artus & animum ipſum tantopere macerârat, condigna merces? Avum tuum virum Laicum,ſed qui melioris religionis ſemina imbiberat, Epiſcopus Pontificius, per annos plurimos divexarat: Te Epiſcopum religionis ſyncera præſtonem,Laici eandem fidem & religionem profeſſi, ſubvertere tētabant: Tuū latus; per defuncti avi cineres petentes & cōfigentes; & crimina, quæ capitalis hoſtis Gothcalcus, avo tuo, dum viverent, nunquam obiecerat, eadem redivivum objicientem,mentientes. Quod ipſum innocentiæ tuæ ſummum eſt argumentum, eos dum non habeant,quæ in te meritò carpant,aut condemnent,mortuis(de quibus deſertâ,ut ajunt,causâ,triumphum ſperabant) bellum indicere: ſed tale,quod ad tuos demum lares pertingeret.

Cæterum neq; inimicorum conjuratio aut caterva, neque temporum iſtorum iniquitas, obſtitit, quin ſe Gudbrandus,quod erat,hoc eſt,virum præſtaret:

Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit,Deo in primis,cōſcientiæ & cauſæ integritate fretus:Quare nuncium,cum totius negocii inſtructione, ad ſummum Magiſtratum, in Daniam ablegat; atq; falſis iſtis in avum confictis criminibus, apud prudētiſſimos Regni ſenatores, obviam venit:Qui prędictum juris proceſſum facilè intelligētes, totam controverſiam, in Islandiam relegant intactam; anni ſubſequētis 1593. Iulio,ibidem ventilandam. Quid fit? brevis eſt narratio: In foro

foro Magno, Anni 93. 24. delegati judices, dictas tabellas & „
crimina iisdem contenta, falsi condemnabant: Actum Oxa- „
ra 1 Julii &c. Illi inquam judices, quorum prius nonnulli, eas- „
dem, ne tangere quidem volebant, & ut dictum, non exani-
matas, ad supremum Magistratum remiserant; isti nunc in-
quam, velut circes virgâ correpti & castigati (quibus ut illa
mentem prius ademerit, nunc restituerit subitò) vel fontis
Dodonei (in quo prius judicii & acuminis sui faculam extin-
xissent) halitu, celebrum irrorati & irrigati, nova luce intel-
lectus & judicii accensa, falsas (uti sunt) pronunciare non du-
bitabant: idque nullis aliis argumentis, quam quæ prius pro
reo allata sunt. At quâ causâ? Nullâ certe aliâ (dicam enim
& dicam quod res est) quàm quod supremi Magistratus in-
tegritatem suâ malitiâ corrumpere, æmuli nequibant. Hanc
legum executionem, hanc causarum cognoscẽdarum ratio-
nem & modum, hunc juris & judiciorum processum consi-
derãti, quomodo mirum esse potest, quòd nostrates quidam,
ad supremi Magistratus auxilium, per Oceani hanc, quantũ-
vis immensam vastitatem confugerint aut etiamnum confu-
giant? Vt autem hoc breviter adnotem, præter alia falsitatis
argumenta, etiam hoc corruptissimæ, quas diximus, tabellæ
habent: quòd sesquilinea (plus minusvè) nomina testium cõ-
tinens (quibus etiam antiqua cera respondet) antiquis chara-
cteribus & antiquo atramento constet exarata: „

Cur Islandi quidam, ad supremi Magistratus opẽ aliquando confugiant.

Reliquâ verò his tabellis cõtenta, quoniam antiquæ mem-
bræ, nuper rasæ; præter illam sesquilineam nomina testium
habentem, alia oratio, aliæ res & verba, autoribus falsi man-
danda erãt, novis characteribus picta sunt & novo atramen-
to: ut cuivis intuenti, ad oculum monstrari potest: In cujus rei
fidem, tabellæ istæ, licet cõscisæ, adhuc asservantur. Id autem
nominatim adnotare libuit, ne similis dolus in posterum ulli
mortalium imponat, &c. Cum huiusmodi itaque falsariis,

Nota.

Dn.Gudbrando & cohæredibus aliquantiſper res fuit: Contra quos clandeſtinos hoſtes, quæ virulenta crimina, defunctorum cineribus, impacta, Dn.Gud. juſtam apologiam edi curavit; cuius argumenta pluribus hic repetere nolui &c.

Quamvis igitur eo tẽpore multa cum judicib9 expoſtulãda fuerant, tamen Dn. Gudbr. pacis quam litium amantior (ut vel eo ſolo, cõtra calumniantes, mendaces arguerentur) ſuperato hoc decumano malorũ fluctu, & partâ de falſis iſtis, in avum defunctũ criminibus, victoriâ, contentus fuit. Et inimicorum livor, ab illo tempore, hoc Gudb. cauſæ inopinato ſucceſſu, tanquã de cœlo tactus, & ſpe nocendi malè fruſtratus, quievit quidem apertè: Nam tacitè & clanculum, fovent in cinere flammam: & quamvis

Pacem orent manibus, præfigunt puppibus arma.

Pardus, n. non deponis maculas: & vulpes pilos non pellẽ mutare ſolet &c. cui ut fidem facerem, poſſem exterraneos etiam nõnullos in teſtimonium vocare; quos æmuli, ut olim, ita ex illo quoq; tẽpore, ad noſtri Gud. nomen apud ſuperiores traducendum, privatis ſuggillationibus & morſibus armare conati ſunt &c. Sed fruſtra Herculi.

Paſcere livor iners odio, ſaturare furore:
Mors tua, recta Deum facta timentis erunt.

Sit hæc ita attigiſſe ſatis: ad alia igitur pergendum: Circa hæc tempora Sphettius quidam (nôſti proverbium Lector) nõ uni alicui ſolum, ſed pleriſq; ſacri miniſterii collegis æmulus, & inimicus (Nec mentior n. ἡ Κέρκωψ τῇ ἀλώπεκι) totum miniſterium apud Magiſtratum ſummum gravi & atroci calumniâ deformare & diffamare ſategit: Quam calumniam, propter Deum & concordiam publicam, tacite hactenus ſubſtinuimus: Mundi ingenium agnoſcentes; qui fideles Evangelii miniſtros, ut καθάρματα quædam καὶ ἀλάστορας, judicat, quovis malo digniſſimos, & è Reb9p. aut tollẽdos, aut impunè contemptu habandos. Et cum ficta religione quidam timeant

meant, & Divinum Numen ac nomen, in ore & sermone apud ignotos, quibus hoc modo imponát facilius, frequenter habeant, ad ministrorum verbi mentionem tn.ringi videas, à quibus sua studia &artes reprehédi norunt;nihilq; antiqui⁹ habere,quam ut horum æstimationi & famæ,si non vitæ aut fortunis & commodis,quovis modo noceant. Cæterum quo spiritu eiusmodi homines ferantur; vel inde constabit, quod ministros verbi,dum officio ritè funguntur,ita ut dictum est, habeant: Quod si quis hoc ordine, vel gradu per scelus aliquod excidate,undem continuò suscipiunt&gremio fovent. Quali stigmate nostrũ illum Sphettium hîc idcirco notandũ duxi, ne ipsius aut similium calũnia in posterum fidé mereatur;neve quis credat nos tacendo, culpam aut crimina objecta confiteri : ad quæ diluenda,facta per superiorem Magist. nobis licentia quovis loco & tempore sumus paratissimi. Sed ista in suo foro &c.Bocholltij præfecturam,ante Henr.Crag. cuius paulò ante mentio facta est, ét Laurentius Cruse (sub quo præbenda Ecclesiastica, Bard à Laicis, multum diuque injustè usurpata,Ecclesiæ restituitur) & post Henr.Brosterupius Gedde / viri ut nobilissimi, ita integerrimi, ac ab incolis plurimũ amati præfecti,interruperant, cum jam Bocholtius, non multis annis ad Isl. præfecturam denuò promoveretur : cui cum Theod. Gudmundi f.Nomophylax meridionalis & occidentalis Isl. cum filio Gislao, viro eximio & literato,gravem accusationem apudReg.Maj.intenderent,ante examen & cognit. causæ fertur vivorum numero exemptus. *Aliud quippe in titulo aliud in pyxide.*

Hinc substituitur,Anno 1602. vir nobilis Ejuvoldus Cruse: de quo multorum tum literæ tum sermones,optimam spem fecerũt,cui ut in præfecturâ suâ respondeat;Deum serio precamur. Non n.dubium est, quin si civiles Magistratus (quos officii monere, tantùm nostrum est) eâ curâ apud nos gererentur,quâ (sit Deo gloria) Ecclesiasticus,melius nobiscum

actum esset. Hoc igitur curandum, ad hoc summâ ope nitendum, ut disciplina civilis, Zelum Divinum referens, docentium intentioni correspondeat. Aliâs, si rectores gregis aut populi curatores, rivalitate quadam diffideant; si enormia scelera, impunita dimittantur, & in vita civili nil nisi lucrum spectetur. Quod non provocabimus infortunium & mala in cervices nostras redundatura. Sensimus hoc Anno 1602. prçterquam unquam alias justi vindicis flagellum, satis commeritum; quod si continuabitur, jam Islandorum appellatio & nomen definet: Miramur? atqui res mira est nequaquam: & ne quis causam rogitet; Non magis scelera, quam scelerum impunitas in causa est, æqui & honesti contemptus, in quæ mala multas Resp. non coniecit? φιλοκέρδεια vel sola vel plurimum in civilium negociorum administratione regnâs, quos non subvertit populos? De ratione ex præbendis Regiis reddendâ, plurimos audias solicitos: & rectè, nec enim convenit ut summo Magistratui ulla in re ab inferioribus fraus fiat: At de ratione numeris, Deo reddendâ, quotus quisq; est anxius? Imò, si moneantur, ringi videas & faciem totam atrâ bile perfundi: Quid verò præcordia adversus te spirent, deinceps sæpius sentire datur & experiri.

Cic. pro Mil. Arist. X. Eth. Norunt omnes non Christiani solùm, sed & ipsi Ethnici; *maximam peccandi illecebram esse spem impunitatis: Experimur enim, Non ita natum esse vulgus, ut pudori obsequatur, sed metui:* Nec ut abstineat à pravis ob turpitudinem: sed ob supplicia & pœnam. Parum itaque consulunt saluti communi, qui sive falsâ misericordiæ specie: sive φιλοκερδεία illecti, *Gangren. ad brachium & axillam serpere malunt, quam digitum præcidere.*

Nolunt facinorosis ædes sacras apud nos Asylum esse Ecclesiastici: Reclamant & quidem ad ravim usque plurimi politici, etiam Regia in hoc negocio constitutione, adversus

ſus impiam illam aſylorum conſuetudinem ſtatuente (de qua fuit ſupra) non expenſa : At quid cauſæ ſubeſt ; Cur & in hanc & in reliquas de morum diſciplina ex ſapientiſſimo, Regis noſtri ſereniſſimi mandato ſcriptas conſtitutiones, quidam etiamnum minus conſenſerint ? Poſſunt ab illis variæ prætendi. Ego verò ſi de verâ eius rei causâ rogar ; videtur iſta ſuppliciorum dilatio (immò, ſublatio)per aſyla quæri, ut vel èlabendi, vel vitam & ſalutem preció redimendi, viam & ſpatium facinoroſi habeant.

Deinde etiam ut aliarum conſtitutionum incertitudine ipſi ſibi judices arbitrariam pœnarum poteſtatem adſciſcant

Huic malo occurrite, hanc ſcelerum impunitatem tollite,quicunq; Dei gloriam & Reip.ſalutem curatis: mentiar, ſi non & meliores erimus & beatiores.

Id autem ut rectus fiat ; Inprimis videndum, qui muneribus publicis præficiantur ; qua in re, aliquid jam diu magno cum dolore deſideramus. Ecce ad navigium gubernandum magnus fit & Artis & Ætatis delectus ; & tu ad longè difficiliora civilium numerum gubernacula, nullo putas opꝰ eſſe hominum delectu : quin eò vel ignavi adoleſcentuli, vel infames nebulones,pro libidine irrumpant ?

Aliâs etiam hæc ipſa ad tuum, ô patria,horizontem ſupputata, in medium attuli : Nec tamen cauſam, cur eadem oberrem cordâ,extra te quæras : videbis enim me, ſi monitis hiſce aut ſimilibus des locum, tuæ laudis vel primum fore tibicinem.

Quod ut mihi deinceps ſalva veritate liccat,opto & voveo:Opto inquam ; ut ſub Illuſtriſſimo hoc Principe, Chriſtiano IIII.Rege noſtro ſereniſſimo(ac deinceps) priſtinæ felicitati tuæ reſtituta, in virtutis & honeſtatis vero exercitio, veraq; erga Deum & homines pietate,vigeas Quod certè non potis es, niſi ſerio, æqui & boni amore flagres, ſicq; intra te,ſpiritualis & Divinus

vinus ille Zelus vigeat: ita erit, ut tuus ſtatus, Deo in primis placeat: Regiæ Majeſtat. curam de omnium ſubditorum ſalute maximè ſolicitam, amplificet & exornet: tibi verò ſine dubio, ſaluti & emolumento cedat. Idem ut fiat, iterum atq; iterum opto & voveo: in eoq; voto Libros de Rebus Islandor. finio: Quare jam mihi

Ancora de prorâ jacitur, ſtant littore puppes.

FINIS.



ZACHAR. VI.

Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terrâ Aquilonis.

ISAI. IX.

Populus qui ambulabat in tenebris, videt magnam lucem, & habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est.

ITe procul, medio sub sole, papalibus umbris
Et Gogicis mersi noctibus: Ite procul.
Exosam vobis recipit Crymotania lucem;
Cum Christo purum dogma salutis habens,
Sic vice nunc versâ, septentrio lucet: at Auster
Calîgat: Furias hic colit: ille Deum.

Arngrimo Ionæ, nato Islando, fraterni in Christo amoris ergò hoc sui μνημόσυνον communicavit

PHILIP. NICOL.
S. Theol. Doctor.

M. IONAS IACOBVS VVENVSINVS, ARNGRIMO JONÆ S.



Aut ullis, Arngrime, Italus, scio, dejerat esse
Ultramontanis, ingenij, vel hilum.
Scilicet aura gravis, cœlumq; hoc crassius, auræ
Particulam diæ, prægravat: ut memorant.
Credo: Sed unde tuis Islandis igneus iste,
Qui liquet ex scriptis, est vigor ingenij?
Nascuntur, vivuntq;, homines, crescuntq; vigentq;
Usq; sub Arctoi sidere nempe poli?
Uno omnes fruimur cœlo, nostrasq; ea mentes,
Hunc quæ per mundum mens meat, una beat.

Nullus servus sapiens:
Nonis Maji. Anno 1593.

DE

DE EDITIONE CHRY-
MOGEÆ COMMONEFACTIO.
vel: De edita Crymogæa; Common. autoris.



Anem festinantem, ajunt cæcos parere catulos. Quod *si quandò, citra festinationem, cuiquam accidat, tantò majorem admirationem habet; Cum festinationi, quam moræ ab omnibus magis ignoscatur. Evenisse autem tale aliquid operis chalcographicis, in enixione hujus typographici partus, nemo non lectorum, mecum confitebitur; immò conqueretur.*

Etenim cùm hic fœtus me parentem & autorem salutet; adeò tamen nunc deformatus prodit, vt quasi ignotum, obstupefactus reformidem. Interim tamen festinationem, bonis typographis non obfuisse, vel inde constat; quod editio, in tertium usque annum, à quo primum cepta est, protracta sit, ob varias, quas prætendunt, hinc inde injectas remoras. De quâ morâ, nihil ego queror: Magis enim auspiciis aliorum & voluntate, quam meâ, hæc ipsa prælis commissa sunt. Sed tam negligenter, tàm malè & mendosè excusa esse, id verò est, quod mihi bilem, alijs nauseam movere posset.

Quid ergò hic, mi lector, agam? Factum infectum fieri nequit. Lucinamnè igitur, de pravo obstetricatu appellem? & conviciis incessam? An fœtum supprimendo abjiciam? Aut verò eundem, more Vrsino, refingam? & collyrium aliquod, ad hanc cæcitatem partus typographici profuturum, quæram? Certè litigiis malè tempus teritur: & quod jam omnium manibus ac oculis expositum est; facilè non supprimitur. Idcircò de efformatione seu reformatione, cura est potior. Consignanda itaq; & adnotanda, quantum fieri potest errata hujus libelli typographica, magis insignia: alioqui pene infinita. Non enim tantum verba & sententiæ perperam excusa & transposita: scilicet insuper periodi, commata, cola, semicola (vt vocant) alia sublata, alia translata, mutata, ac interrupta etiam quandoq; per novum paragraphum: vt pag. 172. parag. 2. pag. 237. parag. 2. pag. 247. parag. 3. quæ omnia maximum augent chaos & confusionem pessimam: adeò vt quantumvis cordatus & canditus lector, veram lectionem, sine erratorum indice, restituere non possit. Itaque quamvis id cum fastidio conjunctum sciam, tamen propter humanitatem tuam, te Lector oro, vt menda graphica emendare, atq; ex hac eorundem adnotatione, si non aliter, veram lectionem expiscari, ne graveris.

Porrò cum errata ista typographica duûm sint generum: Alia in verbis & sententijs vernaculis seu Islandicis (in quibus etiam, Operis æquior esse volo:)

volo:) Alia in latinis & Græcanicis (licet Græcanica illa rarissime occurrant) Ego posterioris generis errata hic solùm notavi: Vernacula propter meos populares, quorum saltem ista legere interest, seorsim emendaturus. Sed jam ad castigationes.

Pagina 8. linea 16. exis: lege ex ijs. pag. 9. lin. 17. ijsdem Island. leg. ijsdem ad Island. lin. 20. & vero: leg. ea verò. p. 10. l. 21. quod Flocohis. leg. quo Floconis. l. 23. causa quodam. leg. casu. p. 11. l. ult. affigitur. leg. affingitur. p. 12. l. 13. multo post secula. le. multa. p. 13. lin. 29. quod citatus. leg. quoq; cit. lin. 30. in opere suo.: præmitte; qui. p. 16. l. 13. typographica. leg. topographica. pag. 17. l. 17. leg. ὀλιγαρχίαν καὶ ὀχλοκρατίαν lin. 19. præterit. leg. præter id. p. 18. l. 30. Holmstenus. leg. Holstenus. p. 19. l. 30. leg. παμπηνσία. pag. 20. l. 24. ex Islandia. leg. Irlandia. ibid. exercerat. leg. exerceret. lin. 27. ut sylva. leg. in sylva. pa. 21. l. 1. Norveg. autem. leg enim. lin. 5. inportuni. leg. importunum. lin. 8. & vix. leg. at vix. lin. 17 atq; ita leg. atq; ista. p. 25. pro litera ▪: p positum est: ut & pag. sequenti l. 13. & 18. & sæpius. præcipuè auz. pag 24. lin. 21. bis. pag. 26. lin. 18. proprius. l. propius. pap. 28. l. 2. Rutegi. leg. ut regi. lin. 10. solè. leg. soli. pag. 32. in tabella genealogiæ, non nihil erratum est. p. 33. l. 12. audirem*. l. audeam*. p. 34. l. 16. examinarentur. l. axanim: pa, 36. l. 5. nostri seculi cubitus: l. nostri cubiti. lin. 15. cubitus. leg. cubitos. l. 28. mensura. l. mensuræ. pag. 38. l. 10. cauca. l. cavea. lin. 15. statuarint. leg. statuant. p. 40. l. 15. leg. salustianornm. pa. 24. l. 7. leg. Dum bone. pag. 45. l. 14. pro p. substitue ▪. pa. 49. l. 1. institutu. l. instituto. lin. 7. fragilitatem. l. frugalitatem. lin. 27. gramini. l. gramine. p. 52. l 18. gena. l. genas. pag. 53. l. 1. abitu. l. ambitu. lin. 5. solam ferè colonis mediterraneis. leg. sola ferè colonos mediterraneos exercet. lin. 30. buccis. l. baccis. p. 56. l. 13. temento. l. tomento. pag. 57. l. 12. contentus. l. concentus. p. 58. l. ult. sententiam. l. sententiarum. p. 68. l. 10. degenero adde, seculo. p. 69. l. 21. tum ipsius. l. tam. p. 70. l. 2. ne idem. l. eidē. p. 76. l. 29. dele, testimonium. pa. 77. l. 16. præcedente. l. procedente. pag. 79 l. 13. verò. l. verè. lin. 23. numerum. l. nunerum. quæ malo metathesis, in hac voce sæpius recurrit. pag. 83. l. 19. excessebant. l. excesserant. lin. 27. dele: adhuc non dum, pag. 84. l. 7. non minor duodecim. le. duodecenni. lin. penult. dele: est. pagin. 85. l. 28. semis. j[?]. l. lx. alr: l. 31. dounx. l. decunx. pagin. 86. lin. 10. ἀλφεσιροία. l. ἀλφεσιβοία. lin. 12. bovis etiam. l. bovis enim. lin. 20. sex uncia Roma. l. sex unciæ Rom. lin. penult. brachium: adde: ligneum, lin. ult. continebant. leg. continentem, pagin, 87, lin, 9, faciebant, leg, fiebant, lin. 4. terrestris. leg. terrestres. pagin. 89. lin. 9. plenarum. leg. plenariam. pagin. 91. leg, 4, l. 4. capiunt. l. capiunto. pag. 93. l. 10. bona vocantia. l. vacantia. lin. 12. mutæ. l. mutuæ. lin. 24. hic etiam l. his. lin. 28. conceptione. deest. à, concept. pag. 94. l. 10. sive hered. l. sine. lin. 12. leg. adeunto. lin. 17. dele: & quos, lin. ult. ex cognatorum. l. & cogn. pa. 95. l. 24. quæcunq; sine alia. l. sive quæcunq; alia. p. 96. in margine scilicet usu. l. sed usu. ib. lin. 11. gradium. l. prædium. lin. penult. agendi habendive: deest: Ius. p. 97. l. 22. inimicis. l. minimis. pag. 98. l. 16. homicido. l. homicida. pag. 99. l. 6. legata. l. ligata. lin. 8. ita etiam. l. ita ut etiam. lin. 19. sequitur. l. sequi. l. 20. undis. l. nudis. p. 100. l. 16. circa. l. circo. p. 101. l. 27. leg. cespititius. p. 102. l. 8. fędus. deest: feriendum. p. 103. l. 13. heres. l. heros. p. 104. l. 3. patruum feliciter. l. parum. liu. 27. 97. l. 997. Lib. 2. pag. 112. lin. 10. Zena. l. Zona. p. 113. l. 7. Islandiæ. l. Islandicæ. lin. 21. eandem statum. l. stationem. lin. 24. qui niversimontis. l. quasi nivei montis. lin. 25. dele ; clato stominate. p. 121. lin. 15. leg. XL. p. 124. lin. 12. obtinuit. l. obticuit. p. 125. l. 2. CXIX. leg. nongentesimnm decimum nonum. p. 126. l. 6. rerum. l. reum. pa. 127. l. 13. incidio. l. incendio. p. 128. l. 1. aruit. l. acuit. p. 133. l. 18. aucta. l. avita. p. 139. l. 13. sacripetio: l. sacciperio. pag. 143. l. 11. prodigando. l. profligando. l. 13. corycæum. l. coryphæum. p. 144. l. 18. enim pertinet. l. non pertinet. p. 147. l. 24. perpentes. l. pergentes. p. 153. genealogia 11. nonnihil erratum est; quod à Storolpho ad Ormerum, qui illius filius fuit, linea consang. non ducta apparet. p. 145. l. 2: dele: quoq;. lin. 21. aberat quia: leg: parum aberat, quin. pag. 156. l. 19. ad genam: dele, ad: lin. 26. hic octo. l: his octo. p. 157. l. 25. provocarent. l. provocarunt. lin. 26. eum. l. cum: p. 158. l. 28. Gunnero. l. Gunnerū. p. 158. l. 30. is præcipuis. l. ijsq; præcipuis. p. 162. l. 3. rubrica. l. lubrica. p. 163. l. 21. nec amantior. deest. æqui. l. 30. eodem. l. eidem. p. 164. l. 13. cum subhumida. leg. eum subh. & post vocem repletum, tolle punctum: l: 16. fumo dente. l. summa cute. p. 165 l. 4. aquini Hapotate: l: Haquini Apostatæ: p. 166. l. 13. scalij: se alij. l. 16. cumq; his: eumque his. item in sequenti genealogia: ἰχθυόφαγον. l. ἰχθυόφαγον. p. 169. l. 17. domus, & antea: l: an-

tra-

tra.P.170.l.11.affectum:l.affectunm.p.174.l,23.edoctores:l:educturos:pag.180.initio fere explicationis Genealogiæ 19. pro Regis Islandiæ:l·Regis Irlandiæ,p.172.l.13. Gatapultæ, l:Catapultæ:hic etiam periodus.ut sæpius,malè interrupta est. Lib.3.pag.196.lin.26. quem unus:leg.unas.P.198/l.17.Insulam:l:continentem.pag.200.l:24.Regum.l:Regnum: Nota ꝙ post pag:199.numerus paginarum in primo caractere erroneus sit,ad finem usq;. ubi pro 100.legendum 200. & sic deinceps.pag.201.l.8.servata:l:servanda:lin:13.post hæc verba:& servum seu ministrum;omissum est; Dei.lin.16.in suffragiis.leg.non suffr.p.204 l.12.Deest imperatoriæ.l.Decet imp.Hic etiam tolle periodum, sensum & sententiam discerpentem.p.206.l.4:lineam.l.limam pag.210:lin.antepenult.pertectionem:l:petfectio • rem.pag.211.l.19.putate.l:disputare.lin.ult.sufficiat.l:officiat.p.213.lin.1.jurandis:l:juvandis,p:217.l.penult.clericum:l:clerum:p.219.li.27: post vocem:illa Frislandia.hæc desinit: Regi Norvegiæ obedierit:id quod, licet Frislandia:(aliqua talis & pag.223.lin.13.Gronlandia. l.glacies Gronlandica. pag.224.l:9.plectabatur:l.plectatur.l: 19:igitur: l:item:pag: 226:l:18:sic legatur:Atq; hos rear esse canones istos,quos etiamnum antiquos Kristñ rett biñ gamla/ appellamus:Nam quos Canones novos vocamus:Ionam:Archiep.Nidros.&c. p.233.l.1.Annus Domini hic annotat*,1381.ad præcedentem periodũ spectat. p.23. creditores ejusdem:adde:redundare.p.235.l.5.provenim*.l.perv.l,22.scil.more:l. sed merè. p.240.l,11,licet,l,liceret,pag,251,l,3,quâ injuriâ,l,de quâ injur,l,7:huic sanè excitit,l, hinc sané extitit,& lin,seq,dele,sané,ita lin,9,& 11,huic,pro,hinc,positum malè est,pag' 252,lin,23,decetur,l,debetur,p,257,l.5.quas in hoc,deest gradu,pa,258.l,6,11,verò canones,l,11,verò,vel,isti vero,p, 259.l,7,imari,l,impari,pa,260,l,26,quam,l,quem,pag, 261.l,17,cõsobrinorum,in hac periodo,pro,consobrino,l,semper,sobrinum, pag,273,l, 23,quodq;,l,quoq;l,24,numeris,l.muneris, pag,265,l,27,examine,deest,deferre,l,30, monerite senex,l,immerite sen.p,266,l,1,avita,adde,sed,pa,267,l,4,exaniniatas,l,examinatas,l,25,membræ,l,membranæ,p,268,lin,26, τῇ ἀλλωτικι, deest. μαρτυρεῖ. p.269,l, 22,non multis,deest,ante obitum,pagin,270,l,18,numeris,l,muneris,l,27,gangren,leg, gangrænam,p,271,l,6,rogar,l,roger,l.19.numerum,l.munerum.

Et de erratorum consignatione,jam tandem satis: si, quæ erunt præterea, facile lector candidus resti.







